

infigunt, & celebrem significare, lupos vero in eo rugientes, multitudinem populorum portendere asseruit, & Herodotus fuisse, ut civitatem, & arcem ibidem erigeret. Ipse inde Radivil, hoc est, consiliarius Vilna edificandae vocatus est, cuius familia etiamnum floret. Itaque Gediminas arces duas, unam in monte excelso, alteram in planicie crexit, & civitatem edificavit, Vilnam à Vilna præter labente appellatam, & sedem suam de Trokii in eam transtulit. *Gugnum, in descript. Litua.*

URBIS OCCUPANDÆ.

Ex Tit. Villorie divinitis, huc quedam.
Cum Achivi iusti essent oraculo Crotonem condere, missus est Mycellus quidam, qui civitatis locum consideraret. Is cum iam Sybarim edificatam cerneret, videreturque is locus magis idoneus, repetit oraculum, consuluitque Deum, Num fas esset hanc pro illa condere? Numen ad hunc modum respondit?

Μυκελλας βραχυνοτος τας οβρις εδδο μωδων, κλαμματα ενυπνιος οβρις εδδ το τρι ταυρα. id est. Terga brevis Mycellæ tuo de pectore omite, Cetera perquirens, frustra en venaris iniqua: At rectum quodcumque datur, tu laude probato.

B MYCELL. dictus videtur, ob crurum exilitatem, quæ habet murinis similia, Brachynotus ob dorsum contractum. Diximus alias Crotonem saluberrimam fuisse, Sybarim pestilentem. *Evag. in Adagio.* Donum quodcumque dat aliquis proba.

ALTES consuluit Dodonæum oraculum, quod tum Jovis erat, Num Corinthiorum imperio potiri posset? Respondit tum illum potiturum, cum quispiam illi glebam daret, aut ruder, idque die multarum coronatum: nam id addidit. Itaque Corinthum profectus, panem ab rustico quopiam petiit: is glebam porrexit. Sensit ille iam perfectum oraculum, animumque ad capebundum imperium adjecit. Parentabatur eo die Manibus, camque ob causam cum pleraque civitas in monumentis abesset, accedens, reperit Creontis filias jam pacificas de imperio. Harum natu minime persuadet, si velit adurere, se, simul atque principatum esset consecutus, illam ducturum uxorem. Illa imperii cupiditate prodiit civitatem, & apertis Altem admittit. Is itaque victor, Jovis Corinthum eam appellavit, quod ex Jovis oraculo contigisset. *Idem.*

CRANAUS oraculi iussu cum Græcorum multitudine in Macedoniam venit: ubi cadentis imbris strepitu, denique capras ad oppidum fugientes secutus, Edissam urbem improvise accessu occupavit. Tum oraculi memor, quo iussus fuerat capris ducibus sibi regnum quaritare, urbem ipsam Agam, sive Aglem nominavit, caprasque in prima acie, quoties in pugnam descensum est, habere perseveravit. Midamane itaque, & alius, qui in iis tum locis regnabant, finibus ejus terræ pulsus, unus in omnium locum successit: tum demum populi solius imperio assuecere coactis, legitimi regni formam, & quasi Macedoniæ corpus delineavit. *Sab. l. 2. Enn. 2.*

ALDEPHONSUS, Legionis, & Asturum rex, à Sancio fratre rege Castellæ pulsus, ad Almenonem Toleti regem Maurum confugerat. Quadam die cum eo descendit in viridarium anitigratia, & prospiciens cominus civitatem, cepit cogitare, qualiter posset tanta civitas restitui Christianis. Inde sub arbore recubens, somnum simulabat. Rex Almenon cum suis Arabibus loquebatur, An posset tam fortis civitas virtute aliqua expugnari? Cui quidam respondit: Si per septem annos huic urbi commeatibus auferatur, posse capi. Aldephonsus id audiens, corde intimo conservavit. Alio die, cum Alfonso iuxta Almenonem federet, ceperunt capilli Aldephonsi erigi, frustra eo comprimente manu sua Almenone. Mauri arioli fuaserunt Regi, ut interficeret Aldephonsum: illum namque aliquando ad urbis dominum perventurum. Almenon noluit promissam fidem violare, sacramento tantum adegit, ne se vivente sui regni terminos infestaret. Sancio inde cæso à popularibus ad regnum vocatus, fidem sanctæ datam servavit Almenoni, & Issem primogenito ejus. Quibus mortuis, Hiæ secundæ genitrix ob tyrannidem averfantibus populis, quatuor annis continuè agrum Toletanum vastavit, deinde urbem populosis obfusione cinctam tandem ad dedicationem anno M.C.XXIII. coegit. *Rodericus Toletanus lib. 6. Rerum Hispan. l. 17. c. 23.*

URBIS HABITANDÆ, NON RELINQUENDÆ.

Roma à Gallis capta, & fere deleta, Camilli opera liberatam restituta fuit, Romani cladibus exhausti, deliberabant utrum Vejos urbem integram migrarent, an patriæ moenia restituerent, præsertim cum multo ante Tribuni plebis eam

rogationem tulissent, consensu populi. Fortè eo tempore præsidio cohortibus redeuntibus, centurio in comitio ad principium exclamavit: Statue signum, hic optime manebimus. Huic voci, ut boni omnis, L. Lucretius princeps Senatus adoratis diis est assensus, ceterique omnes pedibus in eam sententiam discesserunt. Itaque pro virili quisque, pro ut libuit, ut vacua urbis rudibus edificare cepit. *Livius l. 5. Dec. 1. Pal. Max. l. 1. c. 5. Sab. l. 9. En. 3.*

Venetæ urbis majestas tali omine ostensa fuit. Eversa Methamauco, cum universa multitudo de transferendis sedibus consilium iniret, aliqui Heracleam, alii verò alia loca petenda esse contendere: quidam in concionem profectus, si falli esse vellent, Rivum altum concedendum esse instanter asseruit, non solum, quod primus ille locus sub Attilæ tumultum à majoribus infestus esset, sacræque adis D. Jacobo dicata fundamenta iacta essent: sed quod de Rivalti omine non posset non felicissima quæque polliceri, qui sibi statim hoc nomen vindicasse videretur, non tam de altioris situ loci, quam ut magnitudinem urbis futuræ declararet. *Egnat. l. 1. c. 4.*

Constantinopoli urbe à Venetis olim recepta, Gallicis foderè iunctis Alexius pater in imperium restitutus fuit. Quo fædè trucidato Murzuphi ejusdam opera, eodemque modo in fugam converso, Venetis Gallicis imperium commune cessit. Non pauci urbis Constantinopolitanæ opportunitate capti, augendi nominis causa, cō imperii Venetis ius transferre suadebant. Alii urbem auspicio conditam, divoque Marco dicatam per tot annos minime defendendam esse contendebant, præsertim quando cum suo nomine Venetæ maxime facere viderentur, quasi huc omnis mortalibus veniendum esset. Ergo Patrum auctoritate consilium transferendæ urbis rejectum. *Egnat. lib. c. 4.*

URBIS RESTAURANDÆ, CONSERVANDÆ.

Est in arce Athenienfium Erechthei (qui fectus fuisse terrigena) templum, in quo olea est, & mare, ut apud Athenienses prædicatur, Neptuno, & Minervæ in testimonium posita, quod de regione decertasset. Hanc igitur oleam, capta urbe sub Xerxe rege contigit, cum ipso templo exuri. Eam Athenienses exules, quibus rege iussu erant rem divinam facere, altero ab incensione die, cum in templum ascendissent, viderunt fructificasse, edito à stipite virgulto, cubiti instar. Non obscuro indicio, Atheniensium urbem vel invito Xerxe de novo restaurandam. *Herod. l. 8.*

Oraculum Sibylla edidit de civitate Atheniensis, *Ασας G* *βαρριον εδ τοι εδδ τοι ιρα. id est.*

Uter tingeris, sed mergere nemo valebit.

Eram in proverbio, Uteris mergis vento plenum.

URBIS POTENTIS, BELlicosæ, POPULOSæ, LOCUPLETIS, FORTUNATæ, sedis Imperii.

DIDONE duce, Tyrii Carthaginem condituri erant. Terra piciendis fundamentis primum aperta, bubulum caput dicitur reperiunt. Quod auspiciis cum omnino displicuisset (est enim id animal, etsi oporulum, perpetuo tantum servitio subiectum) haud multum inde diverso loco terram molientibus equi caput dicitur oblatum. Quo apparuit bellicæ relictis celebris urbem futuram. *Sab. l. 9. En. 1.*

Cum Alexander Egypto recepta. *Vide supra, Urbis condendæ revelatio.*

TARQUINIUS Superbus Romanorum rex, Jovis, Junonis, & Minervæ templum Sabino bello ab avo votum, in parte Tarpeii collis præcella, & scopulosa, asperitate loci prius castigata, fundare est adortus. Sed cum de more aream inaugurare statuisset, cæsetque huius spatii ambitu facella quædam vestustissimi operis complexus: quæ quia exauguranda erant, ut omni religionis metu sublati, opifices demoliri posset, ferunt, ut tunc malorum demonum erant illusiones, cetera numina Jovi, deabusque augurio cessisse, solum Terminum (addunt quidam & Juvenam) sua sede moveri neguisse. Atque ipsa re in omen stabilis, manifeste imperii accepta, facellum media parte templi immortum postea mansisse. Est & majus quoddam operantibus prodigium oblatum, Humanum caput recenti tabo ab iis, qui in ima parte operantibus, est inventum. Tarquinius (nemo enim non id prodigiosum putavit) domesticos vates consulit. Hi omnes ejus disciplinæ laudem ad Hetruscos referentes ad reg. pertulerunt, ut in Hetruriam sciscitatum mitteret. Nec multum abfuit, ut qui

ad id missi sunt, callida auguris percontatione decepti, faciem necessitatem per inscitiam aliò averterint. Sic enim, ut video, vanitatis illius cultores persuasum habuere, ut nisi qui à Tarquinio venerant, ab auguris illo prius moniti fuissent, ut quoquo modo à patre interrogati essent, in Tarpejo, aut in Tarpeii parte prodigiosum factum semper responderent, futurum fuisse, ut principatus, qui prodigio portenderetur, aliò callida stitula stipulatione transferretur. Sed ubi Romanos capi non posse, Hetruscos vidit, tum sine alia ambage docuit, fore, ut ibi arx imperii, caputque rerum esset, ubi id ostentum apparuisset, ac jam inde locus ex Tarpejo Capitolium est dici caput. *Sab. l. 6. En. 2. Arnob. contra Gentes.* Toli caput illud fuisse scribit: sed studiosè à Romanis celatum, ne genii tutelaris nomine ad evocandum hostes uti possent.

Cum Roma post cladem Gallicam restauraretur, Pontifices, qui à Camillo loca sacra recepta, & terminare erant iussi, omnibus missis, ut ad Martis curiam, Palatium lufrantes pervenerunt, offendunt eam, sicut reliquas, prostratam à barbaris, atque exultant. In moliendo, & pigrando loco reperiunt vir magno cumulo cineris, Romuli baculum, quo uti ad auspiciis solitus erat. Is ab altera extremitate inflexus usus est auspiciis: ad quod ille augurandi peritissimus illum habuerat. Romulo deinde ex conspectu hominum ablatum, hunc baculum sacerdotibus à contactu hominum ablato, hunc baculum sacerdotibus à contactu hominum servaverunt, ut rem sacram. Eo tunc, amissis cæteris, integro invento, lætissimum conceperunt, Romam hoc omine æternam fore. *Plut. in Camillo.*

Romæ simulacrum Victoriæ fulmine de cælo tactum alas amiserat. De eo sic *Pompejus in 4. Epigrammatum Græcorum, sic videtur.*

Ρωμην παμμορφωτα, τειν κλειος επος δακτυλ. Ναικ ηαρ εσ ορην αντρος εδ δισπαται.

ARCIS VEL CONDENDÆ.

Lescus Polonorum primus dux, arcem primam Gnesno condidit, à nido, quem Gnafdo vocant, paululum deflexo vocabulo: sive, quod eo sibi loco arx illa futura esset, quo nidus avibus per apertum acta vagantibus: sive quod aquilæ nidum ibi reperisset: indeque insignis boni auspicii acceptum mansisse successibus ejus principibus Polonorum existimatur, alba aquila, erecta, expansis alis. *Cromer. lib. 2.*

Occupandæ.

BERNARD. Hildesheimensis Episc. Ecclesiæ suæ addidit dominatum de Vinzenzborgh cum oppido Aluede: admodum à spiritu, qui se in archibus Ecclesiæ familiariter fectur junxisset multis, vera sepe prædicavit: Pilolum appellare. Is, cum Comes de Vinzenzborgh à milite Suevo, cuius ille uxorem contulparat, oppressus esset, excitavit primo manè Pontificem, ut arcem vacante occuparet. Non contempsit ille vocem monitoris, & occupavit arcem, Imperatoris Lotharii auctoritate tenuit. *Cranz. l. 6. Metrop. c. 10. & l. 6. Saxonia. c. 11.*

TEMPLI, MONASTERII, COENOBII

Condendi.

ULADISLAV, & GEYSA fratres, victoriam contra Salomonem Ungarorum regem obtinentibus, cum basilicam D. Virginis edificare deliberarent, in loco victoriæ, ubi D. Petri facellum est: Ecce cervus expansis cornibus insignis, quem ardentissima facies circumfledat, apparuit, sylvam petiit, ubique tantum vestigia fixit, ubi ades deinde edificata est. Quem cum milites lagittis peterent, Danubium se proiecit, nec usquam postea visus est. Quare angelum fuisse existimantes, ibi D. Petro ædificulam dicantur: mox delubrum Virginis matris statuerunt. *Bohus. l. 3. c. 4. Dec. 2.*

LIBERIO Papa Romæ sedente, Joan. Patricius liberorum orbitatem iniquo animo ferens, summis precibus à B. Maria Virgine Dei Genitrice contulit, ut se aut proliis competenter faceret, aut de idoneo intestando hærede doceret. Nocte verò sequenti, ipsam se videre Virginem in quiete visum est, admonentem, ut sua impensa templum sibi in Exquilis condere in eo loco, quo posttridie, quierat Nonis Angusti futurus, nive conspersum vidisset. Itaque somno solutus rem prope ad Liberium Papam dedulit, qui cum idem se quoque visum affereret, religione tactus, in Exquilis cum magno populi comitatu processit, ac nive contra anni rationem inventa, locum basilicæ designavit, ac Joannis pecunia construatam, D. Maria Virginis primam in urbe dedicavit, ac sole-

mine tanto miraculo, quod nunc quoque observatur, instituit. *Sic l. 7. Imp. occid.*

Sub Childberto rege Francorum, Archangelus Michael apparetur Auberto Abbatem Episcopo, monuit semel, & iterum, ut in loco maris, qui propter eminentiam sui Tumba vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui, volentis talem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur quoque in monte Gargano. Interim taurus à leone furtim raptus, in illo loco religatur. Inde Episc. tertio admonitus, ut in illo loco fundamenta jaceret, ubi taurum religatur inveniret, & sicut cum terram pedibus protrivisse videret, sic Ecclesiæ ambitum duceret: Ecclesiam in honore S. Michaelis constituit: & ex illo tempore, sicut in monte Gargano, ita etiam illo in loco, quod modò dicitur, In periculo maris, veneratio Archangelis frequentari cepit. *Sigon. an. Dom. pccxcix.*

AGNES Leopoldi Austriæ Marchionis conjux, marito suadebat, ut locum aliquem designaret, in quo laudes Christodicerentur, & Divæ ejus Genitrici Mariæ pro monasterio condendo. Ex arce in monte Cecio sita, Danubium prospicientibus, leni Zephyro flammæ è capite Agnetis abruptum in proximum nemus delatum fuit. Quod ubi post novem annos ibi Leopoldus inter venandum reperisset illasum, eo loci monasterium extruxit. *Cusp. in Austria A. D. Illustriandi.*

D. BERNARD. aliquando foras extrâ Claramvallem manè exiens, orabat Deum, ut suum, & reliquorum monachorum obsequium benignus acciperet: modicæ clausis oculis, ingentem hominum multitudinem diversæ conditionis ad inferiorem vallem vidit confluisse, eamque implere, ut omnes capere non posset. Quo uberrimus monachorum proventus significatus est. *Audor vitæ l. 1. c. 5.*

LOCI IGNOTI INVENIENDI.

Bœotorum terra cum unum, & alterum annum nullis imbris irrigaretur, è singulis civitatibus Delphos missi sunt, qui opem implorarent, Apollo imperavit, ut Lebadeam venientes, à Trophono mali auxilium quaererent. Cum oraculum reperire non posset, Saon quidam Actæphienfibus, collegarum natu maximus, cum apum examen confexisset, quocumque illa divertissent, fessu statuit. Ubi igitur eas ad specum quandam advolantes vidit, & ipse subiens, oraculum, quod quærebant, illud esse intellexit. Saonem hunc cum ea, quorum causa missus fuerat, tum factorum omnem ritum, & quæ inter consulendum fecti fas est, edoctum à Trophono memorant. *Pausan. in Bœotici.*

Minyæ æviente pestilencia, missis ad oraculum consultoribus, responsum tulere, Unicum illud fore auxilium, si ex Naupacto agro in Orchomenium Hefiodi ossa deportassent. Percontantibus rursum. In qua tandem Naupactii agri parte essent illa reperiunt respondit Pythia, Locum cornicem monstraturam. Cum redirent in patriam, non longè à via cornicem confexere faxo insidentem, ibique Hefiodi ossa inventa, in ejus faxi latebra cum inscriptione. *Idem.*

VICTORIÆ FORENSIS.

Visus est sibi quidam in somnis injuriarum accusatus literas, ac libellos justificationis suæ perdidisse, & sequenti die licet intentata, ab omnibus actionibus liberatus est: atque hoc erat, quod formium ipsi significabat. *Artemid. l. 5.*

VICTORIÆ ATHLETICÆ.

Visus est sibi Quis in Nemea virorum luctum decertare, & vincere, & coronari. Lis erat ipsi de agro, in quo maxima inerat palus: & sanè victor evasit iuxta visionis rationem, propterea quod victores in Nemea apio coronantur. *Idem.*

Visus est Alius, filium ad Olympiam, luctatore perduatum, à Græcis iudicibus mactatum, in stadio sepultum esse. Filius paulo post Olympionices evasit. Nam consequens est, ut mortuo sepulchralis inscriptio, & epitaphium statuat, quemadmodum Olympionice, ut beatus dicitur. *Idem.*

Curior factum certamen decertaturus, visus est sibi canalem aquæ cæno, ac stercore repletum scopis expurgare, ac multa aqua eluere, quo amplius, ac probè persutum, & purum rediret. Posttridie clystere ductus ex ventre induratis stercoibus, promptus ad cursum factus, coronatus est. *Idem.*

Quidam videbatur sibi amphoram gestans ad fontem accedere, & dum haurit, deficit aqua. Idem secundo, idem tertio accidit. Iratus tandem terræ alluit hydriam. Non multo post cur-

cursum decertans cum antagonista, cum paresse videretur celeritate, ter stadium repetere coacti, & hic revera victor esset, agonotheta tamen pro altero pronuntiavit. *Ibidem.*

NICOSTRATUS Cilix, seu potius Phryx, ex urbe Prymnesso, cum iam adolevisset, in somnis vidit ante fulera lecti sui stratum leonem. Post id visum multas de pancratio, & luctu palmas ex Olympia abstulit. *Paus. l. 5.*

Cum ob imprecationem Oebotz cursoris (qui primus Achæorum coronam Olympiæ meruerat, sed a civibus nullo honore affectus fuerat) Achæi nullius palmæ amplius compotes fierent: oraculi Delphici iussu cum alia in Oebotz honorem instituerunt, tum verò statum ejus in Alti posuerunt. Et mox Sostratus Pellenzus in stadio pueros vicit. Ex eo deinde successu mos obtinuit, ut Achæi Athletæ ante certamen Oebotz parentem, & victores statum illius coronam imponant. *Pausan. in Achæis.*

DINOLOCHI Alcinoi filius, Olympionice Mater visa sibi per quietem filium Dinomachum coronatum in complexum suum recepisse. Eo somnio monitus per strenuè se ad gymnicorum certamina exercuit, ut ei statum in Alti posita sit. *Paus. libro 6.*

VICTORIÆ BELLIÆ

Revelatio.

L. SYLLÆ in Asia per L. Titium indicatum est à Jove, quod esset Mithridatem superaturus. Revertenti in urbem, & suas amicorumque injurias civili sanguine ulcisci paranti, iterum Jupiter per Militem quandam legionis sextæ significavit, prius se de Mithridate pronuntiavisse victoriam, & nunc promittere datum se potestatem, qua recuperaret ab inimicis Rempulicam non sine multo sanguine. Percontatus Sylla, qua forma Jupiter illi visus fuerit? ei similem esse intellexit, quam prius à Titio audierat. *August. l. 2. de Civ. Dei. c. 2.*

Cum Hungarum rex Christianus, Scotis auxiliariis contra Achellam Anglorum regem esset pugnaturus: per noctem Angli, Athellanique exercitus crucem in celo videre B. Andree lucidam, instat X. Græcæ literæ: quæ quidem his formidinem, illis timorem addebat. Sed Hungus per formidinem monitus, non defuturam crucem ante victoriam monuit milites, hortatque victor evasit. *Herod. Boeth. l. 10.*

Pridie ejus diei, quam Robert. Brusius ad fluvium Bannaborn Eduardum II. Angliæ regem vicit, & Scotiæ regnum sibi vindicavit, cum de rebus suis sollicitus, quietem nullam sibi per corpori daret, rebus vacans (orabat autem Deum, ac S. Philanum, cujus brachium inclinum argento in exercitu se habere credebat, ut victoriam propiti dare vellent) visum est ei brachium argenteum, cui inclinum verum fuerat, repente aërem, ac rursum in situ oculi clausum, nullo accedente, nec se movente quopiam. Quod cum mirandum videretur, sacerdos ad altare accessit, quid actum esset inspecturus. Ubi vidit verum inesse brachium, exclamans, Verè nunc adesse divinum, confusus est factum suum regi, quod roganti brachium S. Philani capulam tantum argenteam, veritus ne in tumultu perderetur, exempto vero brachio vacuum dederit. Plenus igitur rex spe, reliquum noctis in precibus, ac gratiis agendis perseveravit. Postero die præparatis omnibus, ad rem sacram milites convocavit, iussitque omnes Christi corpus, quod robustiores spiritu essent, fumere. *H. Boeth. l. 14.*

HOTHERUS Rex Sueonum, & Danorum, inter venandum à comitibus divulsus, in antro quodam Nymphetarum chortum vidit. Quæ illi prospera omnia pollicita sunt, & hortatæ ne Balderum Danorum regem, magum insignem, arcano superevanuerunt, & Hotherum, qui in specu se esse putabat, in patulo campo solutum reliquerunt. Post aliquot annos cum infelicer contra Balderum pugnavisset, & in eadem, uti videbatur, Nymphas incidisset, gestarum infelicer rerum fortunam, tristisque casus deflere cepit, secus sibi cessisse questus, quam ab ipsis promissum acceperat. Ad Nymphas eum, quamquam rarò victor exierit, æquam tamen hostibus cladem ingessisse dicebant: ceterum victoriam habiturum, si edulsum augendis inimici viribus excoGITATUM præcipere posset. Si dimissus, vires reparat. Dum ergo hostium castra observat, vidit egredi tres Nymphas arcana dapigerulas. Quas cursum insequens, tandem tecta, quibus assueverant, subit, citraque (cujus perissimus erat) dulcissimo ministerio, accurati minoris cingulum, potentemque victoriam zonam ab eis obtinuit: atque itinere, quo venerat, repetito, hostem obvium subit, & postredie. Proserpina, quæ sibi per quietem stare aspecta est, animas transiit. Atque, inquit, prior vester exercitus à nobis pro xenis fructus

Olans Magnus libro 2. capite 10. ex Saxone.

LOTRECHTUS, Gallie regis Francisci I. copiarum in Italia contra Caroli V. Cæsaris exercitum dux, Mediolanum ab oppido Vaprio retrocessit, ac ut minore circuitu urbem defenderet, suburbana adificia ignobili, & planè barbaro consilio succendit. Cum à Laudensi via modico flexu ad Ticinensis portæ suburbani exercitus Cæsariani duceretur, nemoque prodiret: fumantibus jam tectis, ignotus ne postea usquam visus vir, agresti vestitu, Julio Medici legato pontificio apparuit, nunciatus Gallos timore, & desperatione præpeditos, iniecisse domibus ignes, & fugam putare, intentosque esse cives, ut injuriam vindicarent: proinde læto animo pergere maturarent, quando omnes indigne cuncta Gallis adversa, ipsis verò tanquam patriæ liberatoribus secunda, & prospera præcarentur. *Jovius in Piscario l. 2.*

Oracula, Prædictiones.

ERECTHEUS Atheniensium rex, bellum cum Eumolpo faciens, oraculo consulto responsum accepit, se victorem futurum, si filiam victimam alius faceret. Quo facto, victor evasit. *Eurip. in Erectheo, & Plut. in Parv. c. 40.*

CODRUS Rex Atheniensis, cum bello Peloponnesiaco Attica omnis vastaretur regio, oraculoque consulto responsum esset, victuros eos, quorum dux hostili manu perisset: depositi habitu regio, gregario militi assimilatus, se hostium globo objecit: unumque ex his fale percussit in necem suam compulsi. Cujus interitu factum, ne Athenæ perirent: ex quo illi ut Deo sacrificarent. *Jussu l. 2. & Cicero in fine lib. 1. Tusc. q. 1. de finib. l. 5.*

Cum Chirzai olim Apollinis nomen læssissent, & infactorum finium possessionem temere irruissent, publico Amphitionum decreto amma fuit in sacrilegis mota. Bellum id Clitheni Sicyoniorum tyranno mandatum: Athenis vero, cujus ille consilio utebatur, Solonem evocavit. Ac de victoria consultentibus oraculum Delphici Apollinis ita responsum est:

Non datur ante urbis celsas evolvere turres,
Cerulea cum templis immiserit Amphitrite
Rauca fluente meis, vassi de gurgite ponti.
Perfualit igitur Solon, ut Cyrrhæum agrum sacrent Apollini, quo sacro Dei agro mare vicinum fieret. Alio etiam idem Solon est in Cirrhæos usus astutus, quod aquam Plisti amnis ex alveo, unde juxta urbem inflebat adeo avertit. Sed cum obsidentibus resisterent oppidani, sitim aquam in cisternis ex imbris collecta levantes, ellebori radices quam plurimas in Plistum coniiciens curavit. Atque ubi satis infectam medicamento aquam intellexit, in pristinum alveum amnem reposuit. Cyrrhæi cum avidius bibissent, alvi profusio, mentium præsidium deserere coacti sunt. Amphichones urbe potiti, ac Cirrhæis male mulctatis, Dei injurias ulsi sunt. Et tunc sanè cepit Cyrrhæa Delphorum navale esse. *Paus. in Phocis.*

Crisei circa Delphos habitantes, ob latrocinia, & templi Delphici spoliationem ab Amphichionibus bello petiti obfidebantur. Cum autem pestilentia exercitum invasisset, victores fore respondit Deus, si in Co insulam profecti, illarum prædæ omnem adducerent in auxilium, Cervi filium cum Auro. Cui legatos benigne audiverunt, ceterum oraculi mentem non sunt aseculi. Surrexit ergo Nebrus medicus, genere Asclepiadis: is quod cervorum hinnuli vocantur, domique filium *χρῶν* haberet, oraculum ad se pertinere censuit. Itaque penceontorum instructa fuit sumptu, Amphichionibus supplicat tulit. Confestim autem pestilentia remissit, veluti placato Deo. Cum equus pulsat solo ungula aquadum detexisset, Nebrus pharmacis aquam corripuit, sic ut H. dysenteria Crisei perirent. Oppugnationem inde aggressi, cum Chrysus muros primus conscendisset, urbs capta est. Amphichionis Apollini templum Delphico consecrarent cum tota regione Cissorum, & Chrysum, qui de muro deturbatus perierat, in circo equestri sepelirent, & Delphis publicè parentarent, & Asclepiadis in Co insula vaticinandi primas partes, sicuti Hieron memoribus ceteris concesserunt. *Theophrastus in oratione, quam habuit in legatione sua.*

CYPSELUS Arcadiæ imperator. Heraclidae faciunt expeditionem contra Arcadas. Oraculum prodiderat, caverent ne domus hospitalibus acceptis ab Arcadibus, fœdus ierent. Cypselus æstatis tempore mandavit agricolis, ut fructibus demissis, & ad viam positis, discederent. Milites Heraclidarum libenter fructus accipiebant, iisque utebantur. Cypselus obvium prodians, ad hospitium Heraclidas vocabat, illis verò reoordatione vaticinii honorem recusantibus. Atque, inquit, prior vester exercitus à nobis pro xenis fructus

fructus habet. Ita sapientia Cypseli effectum est, ut Heraclidae fœdus tum Arcadibus facerent. *Polyd. l. 1.*

Cum Thebani de belli eventu consulerent oraculum, Myrtilla vates, quæ tum Dodonæ respondebant, ait eos fore victores, si quid impie patrassent. Itaque consultorū quidam, arreptam Myrtillam in lebetem aqua calida ferventem iniicit. Sunt, qui narrent, Bombum divinum quandam Thebanis, de belli successu sciscitantibus, respondisse futurum, ut quamplurimos vincerent, si prius quemdam è ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum intemptum immolasse, atque hinc ortum proverbium, Bœotis vaticinari. *Erasm.*

Achæi Phanam Ætolia urbem obsidebant. Cum autem obsidionis tempus decederet, neque ulla urbis capiendæ ratio iniri posset, qui missi fuerant Apollinem sciscitatum, responsum acceperunt.

cura vobis sit.

Observare, bibant quantum, qui monia servant:
Sicque Phana imperium vestrum tutare subibit.

Oraculum non intelligentes, domum retro navigare decreverant. Mulier quædam ad proximum fontem aequatum è portis secessit, captiva in caltra petrastra, indicavit, opipianos noctu eo fonte aquam hauritum suis dividere, neque eos ad sitim levandum aliud quidquam præstidii habere. Conturbato itaque fonte, oppidum Achæi ceperunt. *Pausan. l. 10.*

Cum Xerxes Græcis bellum inferret, Lacedæmonii de belli eventu sciscitatum oraculum, à Pythia responsum tulere. Athenas eversum iri Persis, Spartanorum regem in prælio occubiturum. Athenas relicta Maronius occupavit. Lacedæmonii trecenti cum Leonida rege ad interfectionem casti sunt. *Herod. l. 8.*

Idem, ut est apud Thucydidem, de bello cum Atheniensibus suscipiendo consulentibus, victoriam, & imperium Apollo ostendit, opemque se laturum, sive implorasset ipsum, sive non. *Plut. de Pythia oraculis.*

AGESILAUS Spartanus moliens bellum Regi Persarum, ad Asianos Græcos in libertatem afferendos, movere oraculum Jovis Dodonæi consultit. Quod cum annuisset, ut expeditionem pro animi sententia faceret: fortes renuntiavit Ephoris: qui præceperunt, ut etiam Delphos pergeret, atque eadem de requireret. Profectus ad oraculum, in hunc modum requisivit: Idemne tibi Apollo ac patri videtur? Qui ubi annuit, Cudæ creatus signa edixit. *Plut. in Apoph.*

HERMIPPUS auctor est, Pherecydem Syrum, Ephesiis amicis, quidam ex prætereuntibus Ephelio homini mandasse, ut se pedibus in agrum Magnesium pertraheret, eo loci, ubi Epheli cum Magnesium postredie acie dimicaturi erant: petitisque, ut victoriam adepti, suum ibi corpus tumularent, atque ita accidisse, ut post victoriam ab Ephesiis, eo quo fuerat, loco exanimis reperiens, quam honorificentissimè sit sepultus. *Sab. l. 5. En. 2. ex Laertio.*

ALEXANDER Magnus movens castra à Troade, pervenit ad Minervæ templum. Ibi sacerdos Alexandri nomine, cum ante ædem Ariobarzanis, qui Phrygiæ præfex fuerat, statuam humi prostratam, aliaque non parvi momenti ostenta vidisset, accessit ad regem, cumque in magno equestri certamine victorem fore confirmavit, præcipue si circa Phrygiæ manus confereret. Adjunxit etiam, manibus suis insignem hostium ducem cum interempturum esse; ea verò omnia sibi à diis ipsi, & maxime à Minerva significari, quæ ei auxilio ad res feliciter agendas futura esset. Sacerdotis hujus prædictionem læto animo accepit Alexander, ac statim Minervam amplissimo sacrificio honoravit, scutumque suum ei dedit, & exempto alterum, quod sibi firmissimum visum est, detraxit. Quo armatus, pugnam primam inivit: ubi sua consensu virtute, celeberrimam victoriam reportavit. *Diod. l. 17.* Idem cum oraculi monita victorie causa eum, qui sibi porta egresso primus occurrisset, interfici juberet, Asiniam fortè sibi obviam factam ad mortem arripit imperavit: eoque quærent, Quidnam se immerentem capitali supplicio, innocentemque addiceret? cum ad exculcandum factum suum oraculi præceptum retulisset: Asinarius: Si ita est (inquit) rex, alium fors huic mortis destinavit: nam astellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrat: Delectatus Alexander, & illius tam callido dicto, & quod ab errore ipse revocatus erat, occasione in aliquanto viliori animali expandi religionis rapuit. *Val. Max. l. 7. c. 3.*

Cum Brennus Gallicis copiis ingruerent in Delphos, Delphi consulerunt oraculum, Quid opus esset facto? Responsum est, hoc catinæ:

Quoi par d'or tu m'as de l'argent, id est:

Cura ista mihi erant, ac pœllis candidis.

Paulo post visus Apollo cum duobus puellis, Pallade, ac Diana. Nam, & his sana sunt apud Delphos. *Erasmus in Adagii.*

Peones ad Strymonem fluvium Thraciæ admoniti divino responso ut bellum Perinthios inferrent, & siquidem à Perinthiis ex adverso confidentibus provocarentur, nominatim compellantibus, eos invaderent: fin minus ab invadendo abstinerent: ita fecerunt. Enimverò confidentibus Perinthiis è regione Pæonum in suburbanis, ibi singulare certamen ex provocatione commissum est, viri cum viro, equi cum equo, canis cum cane. Et cum victores duobus certaminibus Perinthii, præ gaudio carmen Pæona cantarent, tunc Pæones hoc ipsum esse responsum dei conjectantes, inter se dixerunt: Nunc oraculum Dei perfectum est, nunc nostrum est opus. Atque ita in Perinthios canentes impetum fecerunt, egregieque viuentes, exillis paucos reliquerunt. *Herod. l. 5.*

Messenii Delphos miserunt, de belli exitu, quod cum Lacedæmonii gerebant, Tifim Alcidis filium. Qui in itinere vulneratus à Lacedæmoniiis, paulo post obiit. Convocatis in concionem Messeniis, oraculum Euphæas rex nomine Tifidis recitavit, ut virginem ex Ægyptidum sanguine facerent. Oraculi voce audita, virgines omnes ex Ægyptidarum familia forti commisit: cumque Lycici filia ducta fuisset, eam Epæbolus vates sacrari vetuit, quod diceret, non esse à Lycico genitam: verum uxorem Lycici eam (ex cardote quadam Tunonis genitam) sibi, cum sterili esset, supposuisse. Inter cetera dum vates hæc ad populum agit, Lyciscus clam abducta puella Spartam profugit: Quæ res ubi vulgata est, cum hominum mentes vehementer commoveret, Aristodemus, & ipse ex eadem Ægyptidarum gente, vir & ceteris vitæ ornamentis, & bellica virtute Lycisco clarior, ultro filiam immolandum obtulit. Verum patriam per filia devotionem servare cupienti Aristodemus objecit se hujuscemodi offensionem. Messenius quidam civis, Aristodemum filiam amabat, propediem erat uxorem ducturus. Is itaque ex sponso agere, negare, quæ sibi desponsa esset, in patris amplius esse potestate: suum esse, qui sponsus sit in illam jus omne. Qua ratione cum parum proficeret, impudenti mendacio vitium à se peccellam, & gravidam jam esse affirmavit. Qua perniciosa ex furoris Aristodemum impulit, ut filiam statim occideret: & ejusdem utero exciso, planè omnibus ostenderit, non fuisse prægnantem. Ibi aliam iussit Epæbolus vates filiam devovere: quod interpretaretur, virginis cæde, quam iratus pater commisisset, litum ex oraculo non esse. Intercedit rex Euphæas, populoque persuadet, religione populum nulla amplius teneri, neque interesse, à quo sit virgo cæsa. Ei vehementer Ægyptidæ omnes assensunt, quod nihil malebant eorum uniusquisque, quam liberari se de devovendæ filia metu. Quare facillè tumultum omnem regis oratio sedavit. Messenii postea, duce Aristodemum Lacedæmonios uno prælio superarunt. Qua clade accepta Lacedæmonii miserunt Delphos, qui Deum de tota belli ratione consulerent. Is responsum hujusmodi datum est:

Non Martis tantum suadet tibi munera Phæbus;

Alia capta fuit quondam Messenia tellus,

Prisca fraude novo rursus capietur ab hoste.

Quare ad astum regibus, & Ephoris conversis, cum aliud nihil in mentem venisset, quod Ulysses ad Ilium fecit, placuit imitari. Homines enim C. quæ per fugas esse simularent, ad Ithomen montem, speculatum hostium consilia misere: atque ut planè perfugisse viderentur, publico decreto damnati sunt: Eos ad se venientes Aristodemus his verbis dimisit: Novas esse Lacedæmoniorum injurias, vetera eorum commenta. Id cum minus, uti volebant, accidisset, conati deinde sunt à Messeniis socios abducere. Verum ab Arcadibus rejecti (ad eos enim primi legati venerunt) quominus ad Argivos proficiscerentur, deterenti sunt. Aristodemus, cognitis Lacedæmoniorum conatibus, & ipse ad oraculum misit. Responsum, qui missi fuerant, retulerunt hujusmodi:

Ecce manet fato longi te gloria belli:

At Spartana phalanx te vincat fraude caveto.

Nam bene compalla illorum si vasa babat Mars,

Servum habitorem feret alta corona chororum.

Tunc gemini à latebris erumpunt fortè sub auras:

Nec prius eventum rerum lux alma videbit,

Idem quàm fato gemini fungantur eodem.

ARISTODEMUS quidem, & oraculorum interpretes, quid sibi vel-

biveller responsum hoc, consiliendo assequi nequiverunt. Non multis vero post annis vocem suam exposuit, & ipso eventu ratum fecit Deus. Anno tandem belli vicissimo, ad oraculum de belli eventu mitti placuit. Consultoribus ad hunc modum respondit Pythia:

*Primus Ithomati tripodas circum Jovis aram
Qui statuet decies denos, hic sorte secunda
Messenem capiet, mens hac Jovis. Instrue primus
Ipse dolos plures, sacra simul praedicta reselles.
Ut forte tua: fatum his nunc, nunc faves illis.*

Hoc oraculo promitti sibi victoriam Messenii interpretabantur, eo maxime, quod cum ipsi intra muros Ithomatae Jovis aedem haberent, nullo pacto viderentur posse Lacedaemonii priores tripodas dedicare. Ligneos certe tripodas faciendos curarunt, quod ad aeneas pecunia non suppeditabat. Exceptam hanc oraculi vocem, & Delphorum numero nescio quis, Lacedaemonem pertulit. Ibi cum nihil omnino publico consilio excogitari posset ad eam dedicationem occupandam, Spartanos quidam Oebalus nomine, homo genere haudquaquam claro, sed ut res indicavit, plane callidus, & solers is tripodas C. & luto finxit, & in peram abditos, & praeirebus, cum venatoris ornatu urbem, agrestis turbae permixtus, introiit, & ignotus quidem, quippe qui neque in patria sua vulgo esset omnibus notus, quamprimum nox supervenit tripodas illos fideles dedicavit: atque inde ad suos reversus, quod actum fuerat, exposuit. Re comperita, Messenii vehementer commoti sunt, & facile quidem Lacedaemoniorum se astu delusos coniecerunt: multitudinis tamen sollicitudinem Aristodemus cum ea, quam res, tempusque ferebat, oratione, tum vero statuendis Jovis aram ligneis tripodibus (fabricati enim jam fuerant) lenivit. Accidit eo tempore, ut Ophioneus vates, qui primo statim ortu cecus fuerat, oculis uti coepit, mirabili admodum casu. Nam cum ingenti capitis dolore laborasset, ab ea valetudine luminis compos fuit: nec multo post visum rursus amisit. Quo infelici omne Aristodemus Messenii exitum imminere praedixit: quod oraculum Ophionei oculos intellexisset, quando dixisset, & tenebris duos eruptos, & eosdem in pristinum statum reverteros. Itaque primum dolo, deinde armis victi Messenii, Lacedaemoniorum jugum subire. Pausanias in Messeniis.

Cum Darius rex Babylonem obsideret, vox hostis audita est, ex murorum fastigio cavillantis, tum demum Dariam Babylonem potiturum, cum mula pareret. Tenuit inde obsidio annum, & amplius, & jam desperato capiendae urbis aetates subire coeperat, cum Zopyri mula enixa est. Fuit autem Zopyrus Megabyhi filius, qui cum Dario magos interfecit. Editum est id ostentum, ac simul urbs, Zopyri consilio, & arte capta est. *Sab. l. 19. c. 8. ex Herod. l. 3.*

XXXIIII contra Graecos exercitum ducente, Athenienses Delphos miserunt legatos, quibus respondit Pythia Aristonice, ut fugerent, neque Persam expectarent, ne ad interfectionem delerentur. Legati oraculo territi, Timonis consilio, viri apud Delphos illustres, sumptis oleae ramis de integro ad consulendum suppliciter oraculum reversi, mitius responsum acceperunt, Palladem multis precibus a Jove vix tandem impetrasse, ut ligni muri eis saluti essent:

*Τὸν ἄλλον γὰρ ἀποκαταστήσῃ, δὴν κίοντος ἄρος
Εἴτῃ, ἔχῃ, κἀδὲ μὲν πρὸς κἀδὲ μὲν ἑσπέρῃ
Τῆρας περὶ τῆρας ἑλάνον διδοὶ δὲ τῆρας ἑλάνον
Μὴν ἀπὸ τῆρας τῆρας, τὸ σὲ, τῆρας τὸ ὄνισσιν.
Μὴ ἔσῃ, ἵνα τῆρας τῆρας, τὸ σὲ, τῆρας τὸ ὄνισσιν.
D. Πάλλας αὖ τῆρας τῆρας τῆρας, ἀλλ' ὑποκαρπύσῃ
Νάτος ὑποκαρπύσῃ, εἴ τοι ποτὶ κερταίνῃ ἑσπέρῃ
Ἄλῃς Σάλας ἀπὸ τῆρας τὸ σὲ, τῆρας τῆρας τῆρας.
Ἦν τὸ σὲ τῆρας τῆρας, ἢ οὐ τῆρας τῆρας.*

Hae excepta, legati domum retulerunt. Quidam opinabantur Deum respondere salvam fore arcem, quae olim vallo praefacta fuerat, vallum autem hunc ligneum murum esse. Alii vero naves interpretabantur: quibus tamen id obstat videbatur, quod diceret oraculum fore, ut ipsi instructa classe ad Salaminiam succumberent. Tandem Themistocles Neoclis F. de navibus oraculum datum affirmavit, neque cladem Salaminiam ad Graecos sed ad Barbaros spectare: alioqui enim Deum non responsum fuisse, sed potius avertisse, sed potius avertisse, si circa eam sui incolae essent perituri. Evicte tandem Themistoclis sententia, ut classe instructa ex Attica demigrarent, non tamen hostem aggredirentur, sed apud Salaminiam opperirentur. Quod consilium Atheniensibus gloriam immortalis, Graeciae salutem peperit, & libertatem. *Herod. l. 7. & Polyd. l. 1.*

PAUSANIAS Spartano, ceterisque Graecis ad Platæas cum Mardonio pugnantibus in comitum vaticinium ediderat Titamenus Elaus, praenituntque victoriam, si se defenderent, non si invaderent priores. Aristidi, Atheniensium duci, qui Delphos miserat, respondit Apollo: latius ex hostibus victoriam Athenienses, si vota Junoni Citheroni, Panis, & Nymphis Sphragitidibus nuncupassent: ac facta Hieronibus fecissent Androcarti, Leuconi, Pisandro, Democrati, Hypsioni, Adzoni, Polydio, & in propriis finibus pugnavissent in Ceteris Eleusiniis, & Proterpina campo. Hoc oraculum relatum injecti Aristidi scrupulum. Quippe Heroes, quibus praecipiebatur sacrificare, duces fuerant Platæensium, & antrum Nympharum Sphragitidum in uno vertice, est Citheronis occasu Solis aeterno obversum, quo loco fuerat olim oraculum, multique incolae fanatici erant, quos Nymholetos vocabant. Eleusiniis verò Ceteris campi, & praelium in propriis finibus si committerent, promissa Atheniensibus victoria, & diverso acciebat, & transferbat in Atticam bellum. Hic praetor Platænsium Arimnestus, visus est per quietem interrogatus ab Jove Servatore: Quid statuis sent Græci? respondisse: Cras Eleuvia, Domine, movebimus hinc castra, atque ibi ex fortibus Apollinis cum barbaris dimicabimus, ac Deum subijce, toto celo eos errare: ibidem enim in finibus Platæis significare oraculum, & si investigarent, ipsos inventuros. Hæc Arimnesto, cum oblata dilucide essent, expergefactus accersivit prope civium peritissimos, & maximos natu: quibus cum se communicata, atque discussa, reperit iuxta Nyssia sub Cithrone, per quam vetustum sanum esse Ceteri Eleusiniis, & Proterpina nuncupatum. Mox Aristidem duxit secum ad locum illum. Erat cum primis idoneus ad pedestrem aciem illis, quin inferiores equitatu essent: quod rade Citheronis impedita equitibus reddat extrema campi, qua contingit facellum: Ibi etiam prope Androcarti sanum erat frequentum, & opacorum arborum loco septum. Et quod nihil in oraculo ad spem victorie desideraretur, decreverunt Platæenses Arimnesto promulgante, ut termini ad Atticam finium Platæarum amoverentur, agrumque donarent populo Atheniensibus, quo pro Graecia ex oraculo decernerent in suo. Instruita acie, cum Mardonius immisso in Graecos equitatu eos lacessivisset prior, memorabili strage Perias fuderunt. *Plutarchus in Aristide.*

Bello Samnitico, Romani a Delphico oraculo iussu sunt, fortissimum, & sapientissimum Graecorum statuas in comitum consilium ponere. Posuere ergo Alcibiadi, & Pythagoræ. *Plinius lib. 34. c. 6.*

Romani adversus Pyrrhum Epirotarum Regem bellum gerebant. Paulus Æmilius responsum accepit ex oraculo, victoriam se reportaturum, si arameo in loco edificaret, ubi hominem cum curru demersum aperiret. Post paucos dies Valerium Torquatum a terra ablorpsum vidit. Ibidem igitur structa ara, victor evasit: ex qua victoria centum sexaginta turres gestantes elephantos Romam misit. *Ex Critolao l. 3. rerum Epiroticarum. Plut. in Parallellis.*

Bello Cimbrico Batabaces vel Barthabæ Pessinunte adventavit, Matris magnæ Idæ sacerdos. Hic deam attulit ex adyto nunciare sibi, victoriam populo Romano, magnamque belli decus accessurum. Cum esset senatus assensus, atque ad eam deæ victoriæ causa decrevisset: prodeunte in concionem, ut hæc ad populum ediceret, Batabaci interdixit A. Pompejus tribuns plebis, praestigiarum appellans, hominemque cum indignitate depulit ex Rostris, quæ res commisit potissimum dicta sacerdoti. Nam simul at-H que dimissa concione domum regressus Pompejus est, tanta vis occupavit cum febribus, omnibus ut conflaret, & pervulgatum esset, eum intra septimum diem exspirasse. *Plutarchus in Mario.*

L. SYLLA contra Cinnam, & Marium in Italiam reversus ex Asia, in Silviniis Servum L. Pontii narravit fanaticum allocutum se, qui nuntiare ipsi a Bellona diceret, belli palam, & victoriam, quod ni maturaret, Capitolium conflaturum, idque eodem evenire, quod ille praedixerat, die qui fuit pridie Non. Quintiles, quas nunc vocamus Julias. *Plutarchus in Sylla. August. libro 2. capite 24. de Civitate Dei in fidem adiecit, asturum Capitolii incensum nuntium retulisse.*

Melitenæ praefectus, & Agarenorum principes Amer, quadraginta millium exercitum educavit: inque Romanas provincias impressione facta, simul & Armeniam, & maritima populabatur, imitatus Xerxi factum, qui mare flagris cædi iusserat, quod

quod ulterius sibi tum voluptate progrediendi facultatem ademerat. Michael Imper. Petronam avunculum suum, qui cum Thracensibus præerat, cum Romanis exercitibus omni vi contra cum proficisci jubet. Degebat tum apud Ephesum Petronas. Cumque literis acceptis in maximam incidisset sollicitudinem, illico ad montem Latram egres sit, & Joannem monachum celebrem virtute ibi degentem de re consulit, atque is exemplum ei respondit: Proficiscere, fili, contra Saracenos: Deum enim ductorem habebis. Hujus armatus votis Patronas exercitum ad Lalacæonem (loci hoc est nomen) ducit: & undequaque positus insidiis, Amertem ad pugnam provocat. Qui fere instat indagine cinctus, deque exitu anxius, de regionis locique, in quo castra posuerat, & fluvii præterlabentis nomine quandam & captivis Romanis interrogat: cumque audiret regionis Lalacæonis loco Protonis, anni Veris nomen esse: statim male sibi ominatus prædicit, ipsis verbis copiatum cladem, casque in gyrum inclusum iri Romanis denunciari. *Cædrenus.*

BASILIS Macedo Imper. cum videret a se obfessos in urbe Adapa fortiter oppugnationem ferre, factis induciis, eos per contactus est. Cumque iam fidentes, patrie imminente exitio, B. tam securus essent animis? Respondit quidam de senioribus, certos se esse, urbem non ab ipso in praesentia, sed ab alio quodam genus ad ipsum referente nomine Constantino expugnata iri: itaque le non terri hac oppugnatione. Cumque Basilis filium suum demonstrasset, atque hunc Constantinum vocari dixisset: non hunc esse illum Constantinum collocutur ille respondit, urbis everterem, sed alium quandam fore multo post tempore, ex posteritate Basilis. Ita commotus ob hæc Imperator, fallumque esse hoc vaticinium reipsa ostendere cupiens, majori quam antea vi oppugnationi incubuit. Sed cum defatigantibus se omnibus nihil effici videret, simulque gelu ingens obortum sub dio versantes affligeret, oblidionem solvit, domumque versus suos abduxit. *Idem.*

Omina.

JONATHAS filius regis Saul, cum armiger suo praefidium quoddam Palaestinarum ultra Machmas prærupto in loco aggressus, omnes captavit. Nam si illi eos ascendere juberet, alios: si finitus, non accessuros, omen etenim hostium ostendit loco futurum. Cum igitur Jonathas sese praefidiarii ostendisset, & illi, ut ascenderet, clamasset, omen secutus cum armiger suo viginti illorum obrucavit, & Saul patri victoriæ clarissimæ occasionem dedit. *1. Reg. 14.*

DAVID missus in castra ad fratres contra Philistinos pugnantem, cum blasphemias Goliath adversus Deum Israelis audisset, nec quikquam Israelitarum cum gigante congredi aude- ret, omen victoriæ a victo leone, & viro acceptum contra Goliath regi Saul narravit. *4. Reg. 17.*

Joas Israelitarum rex, Joachaz F. Elifazum prophetam agrotantem invisit, & flens dixit, O pater, pater, Israelitarum currus, & equites. Tum Elifaz illius pietate motus, cum sagitta per orientalem fenestram jaculati iussit, hancque victimam contra Syros sagittam foci pronuntiavit. Iussit iterum terram sagitta ferire. Feriit ille terram, deinde destitit. Elifaz succensens: Si quinquies aut sexies possides, tunc Syros ad interfectionem cecidisses. Nunc eos ter tantum victuros es. *lib. 4. Reg. cap. 13.*

Loerenses ajunt, Epizephyrios bellum cum finitimis Crotoniatis gerentes, auxilia petisse a Lacedaemoniis. Cum vero ille se habere exercitum negasset, & Castorem, ac Pollucem dare illis dicerent: Loerenses & scommate augurio capto, navi averta precatos esse Geminio, ut navigarent una. Cum itaque eodem die ad Sagram Loeridis visissent, eodemque die victoriæ fama ex Italia Spartam usque perlata esset, primum abrogata ei fides fuit, mox vero re denique comperita, in proverbium abiit de rebus veris sero creditis. Veriora sunt hæc iis, quæ ad Sagram getta sunt. *Suid.*

Samii Prienensibus auxilium adversus Carras impolatorantibus, pro classe, & exercitu Sibyllam eis densus gratia milerunt. Quam illi velut divinitus datum praefidium interpretati, libenter receptam vae iatorum prædictione, victoriæ ducem habuerunt. *Val. l. 1. c. 5.*

Lacedaemonii oraculo Delphico moniti, auxilia ab Atheniensibus contra Messenios implorantur. Atheniensis irridendi gratia Tyræum ludi magistrum Ichiadicum eis obtulerunt. Spartani cum exercitu bonis auspiciis præfecerunt. *Pauf. in Messeniis.*

L.B. Theat. vii. Human. Tom. II.

Apolloniz eum bello Illyrico pressis, Epidamnios, ut sibi opem ferrent, orassent, atque illi flumen vicinum mignibus suis nomine Æantem in adiutorium se mittere dixissent: Accipimus, quod datur, responderunt: eique primum in acie locum, & perinde, ac duci, assignaverunt. Ex imperato ergo superatis hostibus, successum suum omni acceptum referentes, Æanti ut deo immolarent, & deinceps omnibus praeliis eo tanquam duce uti instituerunt. *Val. Max. l. 1. c. 5.*

Auctor in Parallellis Plutarchus, ante praelium navale cum barbaris, Themistocle immolante, claramque sacris flammam refulsisse, insimul & sternutamentum dedisse ab dextris signum. *Cælius l. 24. c. 7. A.L.*

Alexander magnus, belli contra Persas dux a Græcis declaratus, Delphos ad Apollinem de bello consulendum profectus, quod forte dies nefasti essent, quibus non erat solemne oracula edere: primo misit certos, qui vatem orarent, ut veniret. Recusante illa, & legem prætentente, ascendit ipse, atque vi traxit eam ad templum. Quæ illius expugnata contentione ait: Invictus es fili. Id audiens Alexander, negavit se alias fortes querere: se sed habere, quod peteret ab ea, oraculum. *Plutarchus in Alex.*

Idem cum exercitu ad Hellespontum profectus, ibi copias ex Europa in Asiam traicere instituit. Navibus sexaginta discedens Troadem versis, primus Macedonum omnium e navi hastam jaculatus, litori Asiæ eam infixit, ac statim exilivit de navi, visus quodammodo ope decorum captivam terram occupare. *Diod. 17.* Idem Gordium oppidum, quod veteris Midæ fectur domicilium fuisse, in fidem accipiens, nobilitatum illud spectavit vehiculum cortice revinctum corneo: ac pro vero a barbaris accepti credi in fati esse, qui vinculum id solvisset, is ut imperio orbis terræ potiretur. Commemorant multi vinculum, quod tortuosis orbibus nodi in semetipsis identidem implicati celarent loramentorum capita, Alexandrum solvere desperantem, gladio nexum diffecuisse, atque multa eo resoluta capita invenisse. Aristobulus verò sanè quàm expeditè quodum ait eum solvisse, cum exmisisset ex temone clavum, quem vocant, qui temoni alligat jugum, atque ita inde jugum subtraxisset. Hinc Paphlagonas, & Cappadocas in diticonem accepit. Omni cis Euphratem subacta Asia, signa in adventantem Dariam decies centenis millibus militum movit. Hic ex amicis quidam retulit ei pro didiculo, servicia, quæ castra sequebantur, per ludum se in duas partes divisisse: utrique esse duces, & Imperatorem, uni Alexandrum, alteri ab iis nuncupatum Dariam: cepisse glebis inter se velitari, mox pugnis, tandem exarxisse certamine, atque ad lapides, fudeque multos progressos, nec redimi eos facile potuisse. Quod ubi accepit, ipsos iussit solos congredi duces. Alexandrum ipse armavit, Philotas Dariam. Spectavit exercitus pugnam, omen ex eventu capturus. Acriter conferta pugna, ille, qui Alexander dicebatur, tulit palmam, doneque duodecim vicis, & ius stola Persica utendi accepit. Hoc scriptum reliquit Eratosthenes. *Plutarchus in Alex.*

TIMOLEON Corinthius, a Corinthiis dux belli adversus Siculos declaratus, cum in Delphico templo Apollinem consulere, a donariis, quæ in templo affixa erant, ex alto in caput ejus corona tam apte conciderit, ac si manu ei imposita foret. Quod in ea acceptum est partem, ut quod res fuit, intelligeretur, ex demando jam bello eum victoriam reportaturum. Idem s. millibus occurrebant 70. millibus Carthageniensium in Sicilia, a quibus, & claris, retulit victoriam. Subeanti collem, quo superato exercitum, & copias hostium erant subiectos oculis habituri, occurrunt milii apium ferentes ad extruendos thoros. Id visum militibus sedum omen est: quia defunctorum sepulchris fere coronas ex apio imponere solebunt. Unde natum proverbium, eum quis accipit morbo decumbit, ut apio dicatur opus habere. Hos Timoleon, ut religione solveret, & liberaret confectione, agmen sustinuit, diseruitque, cum alia temporis convenientia, tum coronam demonstravit ante victoriam ipsis delatam, ultro in manus venire. Corinthii enim, qui sacram arbitrantur, & patriam apii coronam, ea victores Isthmiorum ludico coronant. Nam Isthmiorum eam etiam tum atate, ut nunc Nemorum, apium corona erat: non ita dudum successit pinus. Sic igitur affatus Timoleon milites, sumpsit apium, ac principis ipse coronam ex eo accepit: inde duces, qui circa eum erant, & vulgus. At vates, ut aquilas duas adverterunt ad volantes, quarum una confixum terebat unguibus draconem, altera cum magno, & alacri clangore volabat: monstraverunt eas militibus, qui

ad opem implorandam deorum conversi sunt. *Plut. in Timol.*
A *1. s. Quæst. Con. tertio ex Timæo historico.*

LEETES Leoninorum tyrannus, vastatis Syracusanorum agris contemptu Timoleonis, qui exiguas copias secum habebat, regressus est præter ipsam Calvariæ. Ille lætem antevertere permittens, cum equitatu, & levi armatura confectus est cum. De eo factus certior Leetes, transmisit Damyræ substitit in ripa, Timoleonem prohibebat transire. Quippe animi cum vadi difficultas, tum abrupta utrinque ripa dabat. Ibi decuriones Timoleonis, mirificum incessit certamen, & contentio, quæ moram pugne fecit: nemo enim post alterum transire in hostem fustinebat, sed postulat quique priores pugne partes: eratque confusio plenius transitu, impellentium se mutuò, & præcurrentium. Ergo Timoleon iussis fortiori præfatis, accepit annulum à singulis. Quos cum in lacernam suam conieceret, & confuderet, primum forte eduxit, qui sigillo trophæum habebat insculptum. Quod ubi juvenes viderunt, læto clamore sublato, non ultra ullam expectaverunt sortitionem: verum pro se quisque occisimè super tempus lotos. Verum in iis, cum semper victus abiret Antonius, quidam apud eum divinandi peritia clarus, audacter ita submonere perrexit: & Antoni, quidnam tibi, cum adolescente isto? refuge ipsum, & vita. Tu quidem illustrior es, natu item grandior: sed plurium quoque Imperator: bella multa exandali, peritia rerum præstantior es. Ad nescio, quo pacto hujus ipsius dæmonem dæmon reformidat tuus. Quin tua quidem fortuna ex se ampla est, sed fortuna adolescentis subblanditur. Quod nabiets procul, ad illum defecturam apparet. *Cælius 12. c. 10. L. A.*

Prodium à Timæo est historicum, in Corinthios, cum pergerent ad dimicandum pro Sicilia, cum Pœnis incurrisse nonnullis, qui apium portabant. Quod ubi abominabatur vulgus militum, ut inausum omen (quia habetur incommodum apium: atque illos quorum deplorata est valetudo, opus habere dicimus apio) confirmasse Timoleonem eos, ac communivisse apii, quo Corinthii victores coronant. *Plutarch.*

PHILOMELUS Phœciensis dux, direpto fano Pythiam de patris rebus consuluit: Et cum vates cum ipsius patriam sibi videri, responderet: minari, & cogere eam, uti tripodæ inscenderet, cepit Philomelus. Ad cuius vim inferens aperit offensam mulier cum dixisset, Tibi quidem quodlibet permittitur lætus plurimum, verbum id, utpote oraculum rebus suis apissimum, accepit Philomelus, statimque exscriptum illud in propatulo posuit, & passim vulgavit. Sibi à deo licentiam latam faciendi, quod vellet. Postmodum concione vocata, quid sibi responsum esset, exposuit, adhortatusque uti firmos animos haberent, ad belli negotia se totum converterit. *Diod. Siculus 1. 16.*

Rom. cum Gallis, & Samnitibus ad Clusium depugnatis, cum utrumque instructi starent, lupus cervam ex proximis montibus persecutus, medium inter utramque aciem percurrit spatum: Inde cerva ad Gallos cursu delata configit. Lupus in Romanos aversus per medios ordines (data est enim Martis fœdæ ad evadendum via) incolumis evasit. Victi hostes, cum P. Decius consul se prius devovisset. *Sab. lib. 7. En. 4.*

L. PAULUS, qui postea Macedonicus appellatus est, cum ex senatus sententia electus esset, ut bellum contra regem Persam extra ordinem gereret: ea ipsa die domum rediens, Terentiam filiulam suam, quæ admodum parvula erat, osculatus, cum tristitem animam videret, interrogat, Quid mali accidisset? Respondit filiola, Perseum (erat autem catulus, quem puella in deliciis habebat, ejus nominis) petiisse. Attripuit Paulus omen, & Perseum Macedoniæ regem, adversus quem sibi decreta erat provincia, debellavit, vicit, & captum triumphans Romam duxit. *Cic. de divinatio. Plut. in Apollonib. Val. Max. 1. 1. c. 5. Sab. 8. En. 5.*

D Cum Lucullo in bello contra Mithridatem, & Tigranem succederet Cn. Pompejus, congressi sunt in vico quodam Galatiæ, atque inter se comiter consulaverunt, congratulati sunt invicem de rebus bonæ, & feliciter gestis. Erat natu major Lucullus, sed Pompeii ex pluribus imperiis, & gemino triumpho dignitas superior, Falces utrique laureatæ victoriarum causâ præferebantur. Quæ verò venerat Pompejus longa via per loca arida, & squalida: torridas laureas fascibus ejus circumjectas, cum confiderent Luculli lictores, benigne illius lictoribus largiti sunt ex suis recentibus, & virentibus. Eam rem amici Pompeii in ausum omen vertere. Quippe revera hujus imperium illius res gesta decorant. *Plut. in Lucullo.*

C. JUL. CÆSAR in campis Pharalensis aciem moturus, & rem jam aggrediens, primum conspicit Centurionem fidum sibi, & rei militaris expertem, qui confirmabat manipulares suos, concitabatque ad fortiter dimicandum. Hunc nomine compellans: Quid spei, inquit, C. Crassini (Crassinus dicitur in Comment. Cæsaris) & quid animi habemus? Crassinus dextera protensa alta voce exclamans: Insignem, inquit, Cæsar victoriam referemus. Me verò hodie aut vivum, aut mortuum commendabis. Sic factus, primus cursu in hostes irrupit, suosque secum centum viginti milites traxit. *Plutarch. in Cæsare.*

Idem bello civili, victo Pompejo, in Libiam contra Scipionem trajecit. Ubi navi egressus, cum primo littore concidisset, omne in melius verso, Teneo te, inquit, Aphrica. *Sab. lib. 7. En. 6.*

AUGUSTUS circa Perusiam, sacrificio non litante, cum augeri hostias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei divinæ apparatus abstulissent: constitit inter aruspices, quæ periculosa, & adversa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura, qui extra haberent. Neque aliter evenit. *Suet.*

Tradunt, inquit *Plutarch. lib. de Rom. fortuna*, M. Antonium, & Augustum singulari amicitia, & benevolentia junctos, cum suppetet otium, sæpe lussibus inter se diversis transmittere tempus solitos. Verum in iis, cum semper victus abiret Antonius, quidam apud eum divinandi peritia clarus, audacter ita submonere perrexit: & Antoni, quidnam tibi, cum adolescente isto? refuge ipsum, & vita. Tu quidem illustrior es, natu item grandior: sed plurium quoque Imperator: bella multa exandali, peritia rerum præstantior es. Ad nescio, quo pacto hujus ipsius dæmonem dæmon reformidat tuus. Quin tua quidem fortuna ex se ampla est, sed fortuna adolescentis subblanditur. Quod nabiets procul, ad illum defecturam apparet. *Cælius 12. c. 10. L. A.*

Siculo bello pridie, quam pugnam navalem committeret, ambulante in littore Augusto, piscis è mari ad pedes ejus exiit. Quo argumento vates respondere (Neptunum patrem adoptante sibi Sexto Pompejo: tanta erat navalis rei gloria) sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria illo tempore tenerent. *Plin. 1. 9. c. 16. En. Suet.*

Eidem, classe cum M. Antonio ad Actium dimicaturum, memorant, tenebris adhuc, cum egressus tabernaculo esset, in orbem circumventi ad illustrandum classem, hominem quendam, qui agebat asinum, occurrere. Nomen querenti, cum eum cognosceret, respondisse hominem: Eutycho, hoc est, Fortunato mihi nomen est: asino Niconi, id est, Victori. Unde locum illum rostris navium post exomans, asini, & hominis iussu statum ex ære posuit. *Plut. in Antonio, G. & Suet.*

TIBERIUS Cæsar, prælia, quamvis minimum fortunæ permitteret, constantius aliquando inibat, quoties lucubrante se, subito, ac nullo propellente, decideret equis, & extingueretur, confidens (ut agebat) ostento, sibi, ac minoribus suis in omni ducatu expertissimo. *Suet.*

In munitione oppidi, & quod Sergius Galba ad opprimendum Neronem fœdum delegaverat, repertus est annulus opere antiquo, sculptura gemmæ victoriam cum trophæo exprimente. *Suet.*

COSSORIUS rex Persarum, cum prope Surenorum civitatem equitaret, constitit equus, in quo insidebat, & terram pede percutere cepit. Inde magi vaticinati sunt, illud oppidum in regis potestatem venturum. *Procop. de bello Persico.*

Cum Manuel Comnenus Imper. exercitum suum ad sortiterem gerendam contra Pannonios cohortatus esset: statim confusus clamor in castris tollitur, quod quidam ex gente Pannonica, dum concitato equo fertur, pronus in faciem prolapsus erat. Imperator bonum id omen interpretatus, Deum invocavit. Idem cum audisset duarum mulierum anearum statum, quæ in occidentali fornice fori Constantiniani sitæ sunt, alteram, quæ Hungarilla dicebatur, erectam stare, alteram nomine Romanam vestitate collapsam humi jacere: statim illam deiecit, hanc responsit: ut a statuarum mutatione, se fortunam etiam gentis utriusque maturum ratus, & rem Romanam erecturum. Atque tum quidem per ducem suum Andronicum Contostephanum, proligat Hungarorum duce Dionysio, victoriam obtinuit. *Nicetas lib. 5. de rebus Manuelis.* Galli si quando cum hoste congressi parant, dissono, & truci cantu, quem barritum vocant, cum ululatu, & tripudiis scuta quatientes, prælia inibant, ex quo futura pugna fortunam augurabantur. *Alex. ab Alex. 1. 4. c. 7.*

Germani præfati, si cum hostibus confingendum esset, prius cum suo milite captivum committerent: unde pugnae auspiciu, & omen augurati, in hostes manus convertabant. *Cornel. Tacitus.*

ATTILA

ATTILA, Hunnorum rex, se natum ad concussione gentium predicabat, & formidabilem populis omnibus præferebat, superbe admodum incedens, atque huc, & illuc oculos circumferens: quam morum truculentiam species ipsa corporis quaque augebat, statura brevis, latum pedus, grande caput, parvi oculi, rara barba, natus firmus, coloris teter, ut originis ejus signa haud dubia proderet: natura confidens, sed post gladium Martis inventum, qui apud Scythicos reges magno semper in honore fuisset, multo magis. Nam cum Pastor quidam, ut, inquit, Priscus, buculam conspiceret claudicantem, ut causam vulneris inveniret, sollicitus cruori vestigiis institit, tandemque ad gladium, quem depascens bucula incaute calcaverat, venit, effossum, quem proinus ad Attilam tulit. Quo ille agnito, ut erat alto animo præditus, arbitratus est se totius orbis terrarum dominum constitutum, ac per Martis gladium potestatem omnium sibi permittam esse bellorum. *Sign. lib. 13. Imp. occid. En. Bonif. lib. 3. Dac. 1.*

CLODEVEUS Francorum rex bellum adversus Alaricum Gothorum regem moturus, legatos suos Turones ad Divi Martini ad eum misit, qui diligentius observarent, quidnam templi sacerdotis canentes primum enuntiarent, Ingentibus ergo illis primum auditum est ex Psalmo carmen illud: Tu, Domine, ad prælium accinxisse me virtute. Quod læti animis acceptum, statim ad regem detulerunt. Ille verò rei eventum felicem ex omine sibi pollicitus, maturata expeditione Alaricum acie fudit, & ipsos Gothos omni Gallia expulit. *Egnat. lib. 1. c. 4. En. Fulgosi 1. c. 3.*

GULIELMUS Normannæ dux, cum infestis armis Angliam attigisset, ubi terram descendit, victoriam omen accepit, ex eo quod statim in arena vestigia poluerat. Nam statim post superato Harald rege, in Insula possessionem venit. *Polydorus Virgil. lib. 3. Prod. At. Egidiu Corozet. de didis En. fasti mem.* pronum in litus cecidisse, & magna voce, Teneo te, Anglia, exclamasse, scribit.

Cum Ungarorum regis Salomonis, & Geyze ducis copiae ad montem Mariorodum propè sylvam Vaciam jamjam congressus constitissent, Ladislaus Geyze frater, cum equum apprehensa lancea descendisset, & vestiret in gyrum, veprem forte inter flectendum hasta tetigit. Cum eum multa candidissima infecisset, veluti imminentes victoriæ nuncia per hastam in ducis gremium delabatur. Hinc fumpo felici auspicio, animos militum confirmavit, & certam victoriam pollicitus est. *Bonif. lib. 3. Dec. 2.*

C Actius Vicecomes, omen patris Galceæi iussu, Castruccio Pistorium urbem à Florentinis occupatam armis recuperaturo opem ferret, profectus cum exercitu Apenninum transit, & victis hostibus apud Altopassum, duces quidem Castruccio, sed egregia opera ejus adjuvo, ad vincendum Bononenses parvi impetu, fortunæque se convertit. In ea expeditione dum forte equo descendens requiescit, ingens vipera, nullo comite advertente, in galeam juxta positam irrepsit. Quam, cum mox capiti reponeret, sinuoso quidem, & horribili, sed prorsus innocuo lapsu per decoras interit ducis genas illa descendit. Eam à nemine lædi passus animosus adolescens, ad omen geminæ victoriæ traxit, hinc præcipue, quod ipse pro signo bellico vipera uteretur. Nec multo post commissæ est ea nobilis pugna ad Altopassum, in qua victor Castruccio, præclara virtute Adii adjuvo, universas hostium copias delevit, capsissem omnibus ducibus, ipsoque Cardone Florentinorum Imperatore cum filio in potestatem reddidit, & direpsit castris. *Forius in vita Adii ex Francisco Petrarcha.*

Cruciferi Prussi cum Sigismundo rege Ungariæ, collecto 140. millium exercitu, Uladislao Jagelloni Polonorum regi bellum inferrebat. Missi ad regem duo Cruciferorum caduceatores, cum hortabantur Magistri nomine, ne tam meticulosè pugnam iniret: & duos gladios strictos, & cruentes ei detulere, ut veliis adversus Cruciferos uteretur. Rex placide, & modestè caduceatoribus respondit: Quamvis armorum facis habere in exercitu, accipere te tamen in Dei nomine gladios: contumelias causa ab hoste missos: atque id accipere, ut omen victoriæ, cum sibi armorum traditio portendat. Collatis signis, Cruciferi victi ad Gronewaldam, castra quinquaginta millia: in quibus Magister, & Commendatores, paucis exceptis, capta ad quadraginta millia, signa verò militaria relata unum, & quinquaginta. *Cromer. lib. 16.*

SIGISMUNDUS, Ludovici Hungariæ regis gener, ad liberandam Mariam sponfam, à Bano Croatia captam, pro-

ficiens, cum fines Hungariæ attigisset, occurrit illi globus puerorum ritu gentili sagatus, cum signifero adultiore. Interrogat Hungariæ Sigismundus: Quam hæc militaria, & cujus sunt isti milites? respondit signifer: En tibi præfens adest Orsak, qui tecum, & Rex, militet contra hostes tuos. Accipio, inquit, omen, & ita spero fore, ut à me fter Orsak, quod apud Hungaros sonat regnum, & concilium universi populi. Id certe paulo post accidit, cum Budam ingresso, omnes ibi ordines præfatis essent, rogarentque, ut illorum obsequio ad omnes suos conatus uteretur. Hinc signifero, postquam adolescent, hanc retulit gratiam, ut illum loco ignobili natum, ad equestrem gradum, & ad maximas divitias provexerit, Orsak illi cognomine indito, quoad annum usque 1567. familia illa gloriola fuit. *Dubravus lib. 25.*

MATHIAS Ungariæ rex, cum Sabdaciæ arcem in ripa Savi, quinque millium Turcarum præsidio firmatam, oppugnaret, & tormentis insuetæ magnitudinis mœnia quaterentur, qui natura alioqui, & levissimi, & brevissimi erat somni, in multam diem dormivisse, & vis excitari potuisse scribitur, omen non obscuro, secuturæ paulo post expugnationis. Sic Alexander magnus ante conflictum cum Dario ad Arbela, teste *Plutar.*

FERDINANDUS Hispaniæ rex, honestissima vitæ conditione cunctis Granatæ civibus, qui servandæ fidei sacramentum dicerent, per præcones, atque interpretes benignè propolita, urbem post decennii obidionem triumphans intravit anno salutis 1492. cum septingenti ferme anni essent, ex quo Miramolinus Maurorum, qui ad Athlancum montem vergunt, bellissimus princeps, Hispaniæ fere omnis domitor, id regnum in Betica condiderat. Non caruit ea victoria memorabilis ostento: nam non multo ante, quam Granatæ dederetur, ex nocturni luminis candelabro flamma emicans, & ventilata auræ flatibus, vela sensim lambens, reginæ Isabellæ tabernaculum ita corripuit, ut regia magni ambitus tentoria, priusquam allatis hydris succuri posset, incenderentur, concremaretque toto penitus lektorum instrumento, regina fere nuda in apertum se proriperet, nec ei quicquam ex mulieribus secretorie cultu lineæ suppellectilis, quo se congeret, omnino relinqueretur: rege quidem exterrito, sed mox extra metum posito, parata victoriæ ex elucente flamma omen accipiente. *Forius in Consalvo.*

FERDINANDUS, qui post Aragonum rex factus est, Anticheram urbem Maurorum Granatensem, sub Joanne Castellæ rege puero, obsessam cum exercitu proficebat. Cum in agrum hostilem perventum esset, magna ferarum copia accurret. Quæ ab agmine armatorum, fugatæ, atque exterritæ vociferantibus, in potestatem militum bona ex parte pervenerunt. Aves item multæ, clamoribus confusæ, attonitæque, ac toties revolando defatigatæ, aut hastis in aere percussæ, aut manibus humi captæ fuere. Hunc in modum milites ludibundis, victoriam ob id, prædamque augurantes (ut est illa natio auguriis dedita) Anticheram diu obsessam tandem ceperunt. *Val. lib. 1. de Ferdinando.*

Cum Helvetii, suscepto Maximiliani Sfortiæ Mediolanensis principis adversus Galliam regem Ludovicum XII. patrocinio, Novaria in Gallorum obidionem castra intrare cogitarent, & sol jam in occasum inclinaret: Gallorum canes relictis castris magno, continentique agmine Novariam intrarunt, admittique Helvetiis, qui in statione erant, eorum crura lambere, caudas adulanter quatere, demissisque blandè auribus singulis applaudere ceperunt: tanquam Helvetii jam ipsorum essent domini, ut Hæc certe futuri, ut mox apparuit. Primus omnium Jacobus Mortinus Uriensis dux, & Italica gnatus lingua, omne accepto ad Maximilianum contendit, eique victoriam de Gallis est pollicitus, quod à majoribus gentis esset observatum in auspiciis prætorum, proculdubio eorum fore victoriam, ad quos hostium canes, tanquam ex infelicibus castris, ad tuam, fortunæque hospitium pervenissent. *Forius libro 1. 1. histor.* Simile omen Lacedæmonius anno belli Messenici, quo Messena creta est, accidisse tradit *Pausanias in Messenici.*

Oppugnante Strigoniæ Solymanno, ænea crux inaurata, ob idque percussa solis radiis læte resurgens, qua maximi templi fastigium ornabatur, assidue collineantem Barbarorum studio contortis in eam pilis revulsa, atque dejecta est. Qua cadente, Solymannum feliciter vertentem, exclamasse ferunt, expugnatum esse Strigonium, postquam signum à Christi-

mis adoratum, è templo decidisset. Neque id omen vanum fuit. *Sab. Suppl. 125. ex Jovio.*

PHILIPPUS, Hassie Landgravius, Ulricum Vvitenbergensem ducent annis 1534. in possessionem suam ditionis expulsi Austriaci reductus, fuso ad oppidum Laufen Ferdinandi Romanorum regis equitatu, atque ipso duce Frederico Palatino graviter vulnerato, cum ab equitibus quæretur, quoniam loco essent hostes, & eos in Laufen esse, qui exploratum excurrerant, responderent: Victorie, inquit, milites omen accipio, postquam hostes in fuga esse nuntiantur, id enim nomen Germanice fugam significat. Neque inane ejus nominis augurium fuit. Nam regie copie omnes nec tentato quidem certamine, in longè turpissimam fugam confecta, terga verterunt. Ab ea victoria Ulricus & Sturgadia, & omnibus fere veteris imperii sui oppidis, incredibili populorum alacritate, est receptus. *Jovius 1.32. bis.*

Auspicia, & Auguria.

Cum Græci Aulide in portu Euboeæ naves congregassent, Trojam profecturi, & sub platano ara extructa sacrificarent, serpens monstruosa magnitudinis sub ara prorepens, in platano fumum evasit, & passeris nidum in extremo ramo pendente amplexus, octo pullos, matremque ipsam ala correptam deporavit, & mox ipse in lapidem obrigit. Calchas vates augurium interpretatus est: Novem annis Græcos Trojam frustra obsefuros, decimo tandem capturos, & everfuros, tanti facti gloria æternam mansura. *Ulysses apud Homer. Iliad. 6. historiam recenset.*

Jovi expeditionem contra Titanas paranti, sacrificanti in Naxo augurium victoria aquila fecit. Proinde eam sibi sacram avem esse voluit, & in reliquis expeditionibus pro signo habuit. *Natalis 1.2. Mythol. ex Laetantio.*

Septem Persis, inter quos Darius erat, ad Magos interficiendos profecturus, cum Darius confestim negotium aggredieretur, Otanes verò deliberando diutius esse censeret, apparuerunt septem accipitrum paria, insectantium duo paria vulturum, eosque vellicantium, & insectantium. Eo augurio confirmati, in regiam irumpunt, & Smerdem cum magis interficiunt. *Herod. lib. 6.*

Galli gallinacei totis noctibus canendo, Boeotiis nobilem illam Leucitram adversus Lacedæmones prælagivere victoriam, ita conjecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret. *Plin. 1.10. c. 21.*

THEMISTOCLE prædixit quam in Xerxem duceret exercitum, auditus gallorum cantus victoriae mox futuræ prænuncium fecit. Quin etiam ducens exercitum, gallinaceorum pugnam militibus ostendens, ad patriæ defensionem eos cohortatus est. *Plut.*

Eidem noctua, in navi conspecta, navalis victoria ad Salaminam adversus Persas augurium fuit. *Plut. in Themist.*

ALEXANDRO Magno Gazam oppugnante corvus supervolans cespitem, sive gleba quadam superne demissa, Alexandri humerum percussit: inde turre bitumine oblita sedens, implicitis tenaci materia alis, captus est. Plutarchus in quodam machinamento sedisse ait, ibique funium modo implicitum hæsisse. Id intuius Aristander vates, fore dixit, ut urbs brevi caperetur, verum periculum esse, ne rex eo die vulnus aliquod acciperet. Et utrumque sanè contigit. *Sab. lib. 4. En. 4.*

Eidem signa collatu cum Dario ad Gausomela, vates Aristander candida lana amictus, coronamque auream gestans, qui iuxta Alexandrum vehebat, ostendit super verticem eius aquilam sublimem volare, cursumque recta dirigere in hostes. Unde ingens spectantis incessit alacritas: ex alacritate autem, & mutua adhortatione, admissio in hostem equitatu, instar fluctus ingruit phalanx. *Plut. in Alex.*

CÆLIUS PONTIUS, cum ejus dicenti picus supra caput infudisset, & aruspices respondissent, demissa ave hostium victoriam fore: sed necata, Reipublica, moriturum tamen eum, qui oppressisset: ipsam statim avem exanimavit. Ex quo accidit, ut ipse cum xl. aliis Cæliis interficeretur. *Volat. 1.14. c. 2. Antrop.* Simile est L. Tiberonis exemplum, de quo sub Tit. Mortis auguria.

Anne victorias C. Marii, duo vultures semper ostendebant se, comitabanturque agmen æneis collaribus noti: hæc enim addiderant capis milites, inde dimiserant eos. Hinc notos saluberrime milites, & cum sese offerrent in expeditionem eunti, velut læto gaudebant ostento. *Plut. in Mario.*

Stabant in Philippicis campis M. Antonii, & M. Bruti

acies in prociū signum expectantes. Cum duæ aquilæ magnorum alarum clangore ex adverso confluerunt: rostris sese, infestoque volatu incessentes. Suspensum id ostentum utrumque agmen in præsentis pugna eventum. Postremo quæ ex Antonii plaga stetit, valide adversam volucrum fugavit. Quo omine Antoniani in spem certam victorie erecti, sub lato clamore in hostem decurrerunt. *Sab. 1.8. En. 6.*

Triumviri tempore, cum Augustus, atque ambo collegæ cum omnibus copiis Bononiæ convenissent, aquila tentorio ejus infederat. Eam gemini corvi dextra, lavaque perfingere ceperunt. Illa resistens, utrumque prostravit. Mira res dictu. Tot hominum millia in id spectaculum conversa, unum & idem sensisse perhibentur: inter tres scilicet duces, qui tunc unanimes viderentur, disensionem emerfuram, & collegarum finem, qui post fuit. Victum enim Lepidum relegavit Augustus, mori coegit Antonium. *Zonaras.*

Apum examen confestim in castris Drusi Imperatoris, cum prosperissime pugnatum apud Arbalonem esset, haudquaquam perpetua aruspicum conjectura, qui ditum id ostentum existimant semper. *Plin. 1.11. c. 17.*

Antequam ad Bebricum, haud longè à Brixella, Otho, atque Vitellius manum conferrent, conspecta sunt in caelo inter se duæ aquilæ dimicare, earumque vidtricem à tertia, quæ ab Oriente veniebat, depelli. Sic Imperii fore ostensa fuit. Si quidem victorem in eo prælio Vitellium revertens ab Oriente Vespasianus superavit. *Suetonius.*

Bellum civile morum à L. Antonio superioris Germaniæ præfide confestim Domitianus abiens, felicitate mira: cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenum, transiit ad Antonium copias Barbarorum inhibuisset. De qua victoria prius prælagis, quam nunciis compertis. Si quidem ipso, quo dimicatum est, die, statum ejus Romæ insignis aquila circumplexa pennis, clangores latissimos edidit: pauloque post occisum Antonium adeo vulgatum est, ut caput ejus quoque apportatum vidisse se plerique contenderent. *Idem.*

Hunni à Scythiæ sedibus emigrantes, Pannoniam patriam repetituri, cum vulg Amadocis, & Pucinis montibus defatigati subsistissent, & de incolendis iis locis fore decernerent: tanta è montibus aquilarum multitudo delata est, ut non solum equos, & pecora cetera unguibus, rostrisque peterent, verum etiam epulas è mensis eperirent. Quo quidem augurio stativa mouere perussu, divinusque G numina secuti, in Transylvaniam penetrarunt. *Bosfin. 1.9. Dec. 1.*

Cum Attila, expeditione in Italiam suscepta, itineri accinctus equum confederet, dicitur corvus ab oriente advolans, humero ejus dextro infudisse: ac deinde tantisper in sublimem volasse, dum visum omnium efflueret. *Nicolaus Olaus in ejus vita.*

Inde Aquilejam obsidens, desperata quasi victoria, castra inde movere in animo habuit, atque in posterum diem profectum indixit. Interim autem oblato permotus auspicio restitit: quippe ciconiam quandam pullos suos è turri subinde moenium exportantem, & contra morem suum in agrum deferentem, notavit. Quod visum ille continuo militibus abire parantibus indicavit: Aquilejenses crebris demum eruptionibus fusi, rei frumentaria ad summam difficultatem adducti, atque omnibus denique malis usque ad desperationem afflicti, consilium effugiendi ex urbe, eamque vacuum hostibus relinquendi cepere. Itaque, ut minorem cum periculo ex urbe excederent, sub noctem status ligneas armatas in stationibus murosque ad decipiendos inani defensionis specie hostes disposuerunt: atque imprudente Attila, à parte ad mare vergente evaserunt, & in Gradum Insulam cum Archiepiscopo Niceta se receperunt. Attila vero postquam luce orta, aves hæsis, capitibusque armatorum in muris conspectum hæere secutus, ac sine metu conspexit, errorem suum, atque hostium dolum agnovit: ac signo exercitui ad vacuum invadendum urbem dato, moenibus scalas admovit, ac statim eam moenium partem, in qua nidus ciconiarum hæserat, sua sponte labentem animadvertit. Itaque impetu præcipue ab illa parte facto urbem intravit, ac bona civium, qui remanserant, militibus diripiendâ, ipsosque pro cuiusque libidine consistendos permittit. *Sigon. Imp. Occ. lib. 13.*

Eo prælio, quo Othocarus Bohemorum Rex xvi. millia Belæ Ungarorum regis prostravit ad Teyflam fluvium, qui Austriam à Moravia dirimit: tunc cum accitum præliaretur, visam aquilam nive candidiorem ferunt, quæ supra vexillum, divo Venceslao consecratum, in cuius nomine lætum præana Bohemorum.

Bohemi pro more cœterant, placide volitabat, sensimque per incrementa alas extendebat, donec totum Bohemorum exercitum amplecteretur. Ipse tamen Rex sine ulla ostentio commemoratore, in epistola, quam ad Urbanum Romanum pontificem dedit, soli Deo optimo maximoque acceptam victoriam retulit. *Dubrav. 1.17.*

VALDEMARI Regis Danorum exercitum ab bella progredientem, integri corvorum greges intervolasce produnt, ut complures fere erectis militum hastis feriendis obicerent. Victus ab eo Sueno rex Svecorum, & totus ejus exercitus corvorum latuit obiectus, augurii declaravit eventum. *Olaus Magnus lib. 1. c. 13.*

Boii sub Henrico III. Imper. Hunniburgium instaurabant. Aggre id ferentes Hungari, tanta vi sagittarum castra oppugnabant, ut supra c.c. sagittæ in uno tentorio hæserint, neque tamen per septem integros dies Boiorum aliquis violatus est. Oppido instaurato, tectis è stramine confectis, ignem hostes iniiciunt. Sed ventus coortus flammam extinxit, & in hostes ipsos convertit. Turtur interea Bojos corvum volitans, felici augurio ad eruptionem accendit. Hungari de improvviso profligati, contra Bojos divino subnixo auxilio pugnare destiterunt. *Avent. 1.5. c. 4. D.*

* Pugnantes Locris cum Crotoniatis, aquila à facie Locrorum nunquam recessit, eoque tam diu circumvolavit, quoad vinceretur. In cornibus quoque duo juvenes diversos à ceteris armorum habitu eximia magnitudine, ex albis equis coccineis chlamydis paludati, pugnare visi sunt: nec ultra apparuerunt, quam pugnatum est.

* Cornel. Tacit. lib. 2. Annal. auspiciū aquilarum octo Germanico duce castrorum datum, notat his verbis. Intentus, paratulus miles, ut ordo agminis in aciem adfisteret (adferre legit Liptius, & mea quidem sententia melius) visis Chersicorum catervis, quæ per ferociam proruperant, validissimos equitum incurtere latus, Sceriniū cum ceteris suis circumgredi, tergaque invadere jubet, ipse in tempore adfuturus. Itaque pulcherrimum augurium, octo aquilæ sylvas petere, & intrare visæ, Imperatorem advertere (id est, ad se sui que considerationem revertere. Est enim advertere, hoc sensu usurpatum Liptius à Tacito, ut notat Liptius) exclamavit, irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina.

* Cæsar contra Pompejum dimicanti, victoriam nunciaturus ad Dionem Aethiensem, ubi ait: Paulò post & Imperatores secuti sunt. Eo tempore aquilæ duæ supernè demisse, argenteas signiferorum aquilas infederunt, trudentes rostris, vel, ut quidam tradunt, alis protegentes. Permauerunt in exercitu alentibus Imperatoribus ex publico, donec prædixi cum pugnatum est, avolarunt.

* Simili pacto tradunt primam aquilam, quæ in exercitu Crassi ferebatur, sua sponte nemine cogente esse conversam, cum adversus Part hos proficisceretur, ut author est. *Plut. in vita Crassi.*

* Appianus quoque lib. 4. de bello civili, binas aquilas refert in Castris apparuisse, ubi ait: Paulò post & Imperatores secuti sunt. Eo tempore aquilæ duæ supernè demisse, argenteas signiferorum aquilas infederunt, trudentes rostris, vel, ut quidam tradunt, alis protegentes. Permauerunt in exercitu alentibus Imperatoribus ex publico, donec prædixi cum pugnatum est, avolarunt.

Frideric. I. Imp. Anno 1176. quintum in Italiam transiens ad vicum agri Septembris, nomine Lignanum, profectus, eo animo, ut si posset, Mediolanum iterum expugnaret. Mediolanenses occurrerunt antè, quam castra prodiret admoveat, rati, cum Carroccio exierunt, atque inde ad Fridericum progressi, tertio Kalend. Junias prælium fortissimè commiserunt. Is erat dies, quo Sanctorum Martyrum Siffonii, Martyrii, & Alexandri natalitia celebrantur. Cæterum ante congressum exercitum, tres columbæ ab ipsis martyrum altari avolare, ac mirifico visu in malo ipsius Carrocci confedere. Quo augurio accepto, Mediolanenses victoriam incertis animis ominati, majore studio, atque alacritate prælium inierunt. Collatis signis, accipiti prælio, tandem victus Imper. Mediolanenses castris capto prædam ingentem pepererunt, ac clarissimo cum triumpho in urbem se reulerunt. Victoria omnibus rebus, quibus effusa significat læticia solet, celebrata: & cum se præsentium martyrum auxilio, ex propicio triumpho columbarum augurio vicisse opinarentur, is dies in perpetuum civitati fectus decretus. *Sigonius lib. 14. regn. Ital.*

Propè urbem Leodium in Gallia, paulò antequam orta de L.B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

urbis Episcopatui contentione, ab eo, cuius partes Burgundionum dux Joannes fovebat, adversa pars superata est, casis E utrinque 30. millibus (eo in loco, ubi prælium commisit) corvi impetu facto falconem nido effactis ovis expulerunt. Postero die reversus falco, qui pulsus fuerat, magno aliorum falconum numero comitante, corvis quoque ex adverso magnum in numerum coactis, grave prælium commisit. In quo superati corvi ad unum omnes perierunt. Id circa Constantinensis Concilii tempora contigit. *Fulg. 1.1. c. 4.*

Prodigia, Portenta, Omenia.

David rex Palæstinæ adoriturus, qui in valle Giganum propè Hierosolimam castra posuerant, Deo consulto, in sylva cum suis latere iussus est: neque illos prius aggredi, quam motos arbores, quamvis nullo vento spirante, moveri sensisset. Parui ille, & arborum motu perspecto, Palæstinorum maximam edidit stragem. 2. *Regum 5. & 2. Paralip. 1.7. Ant. c. 4.*

Dario Babylonem obsidente, mula Zopyri peperit: qui parvus omen fuit occupandæ Babylonis. Hostis enim ex muro cavillans ajeat: Tum demum Dariū Babylonem potiturum, F cum mula pareret. Et quidem Zopyri consilio, & arte postea capta fuit. *Sab. 1.9. c. 8. ex Herod. 1.3.*

Cum Xerxis exercitus Delphos venisset, propheta, cui nomen erat Aceratos, vidit ante delubrum sacra arma prolata è conclavi, quæ intus propostia fuerant, quæ nefas erat cuiquam mortali contingere. Quod ostentum iis Delphis, qui aderant, perrexit nuntiaturum, ut præsentis essent animo, Deum suum templum defensionem. Ubi autem barbari properantes pervenire ad sanum Minervæ, quod est ante templum, tum vero etiam majora, quam superius prodigia representata sunt. Res protectio hæc valde miranda. Nam arma martia sua sponte extra delubrum propostia apparuerunt. Quod tamen secundo loco actum est, ex omnibus miraculis maxima est admiratione dignum. Cum enim barbari ad sacellum Minervæ accederent, interea è caelo fulmina in eos deciderunt: & à Parnasso duo abscissi vertices magno cum fragore sunt devoluti, permultoque eorum interceperunt: atque ex ipso sacello Minervæ vociferatio, jubilationeque extiterunt. *Herod. lib. 8.*

Cum ad Salaminam Græci cum Xerxe manus conferebant, re tardarent, ajunt simulachrum mulieris fuisse eis oblatum, & his verbis convitatum. Odamoniū, quo usque remos inhibebitis. *Herod. lib. 8.*

Xenophon in 6. libro rerum Græcarum, commemorat, Thebanis spem ad vincendum dedisse tum alia, tum quia Thebis allatum esset, omnia templa sponte sua aperta, antistitesque dixisse, signo illo victoriam declarari. Simulque in sano Herculis arma repente non apparuisse, tanquam Hercules arreptis illis ad opem ferendam suis accessisset. Extremum autem hoc Cicero etiam eodem loco exposuit: quamvis nonnihil variare, inquit, enim: At eodem tempore Thebis (ut ait Callisthenes) in templo Herculis valvæ, clausæ repagulis, subito se aperuerunt: armaque, quæ fixa in parietibus tum erant, ea sunt humi inventa. *Vitæ. lib. 16. Var. lib. 6.*

Cum Timoleon Corinthiorum dux, & Icetes Leontinorum tyrannus, uno eodemque tempore ad Adrianis Siculis obfationes, quas inter se habebant, accessisset: Timoleon MCC. tantum milites habens, cum leceret castra ponere conspexisset, non relictis militibus, hostes dispersos aggressus fuit, castra illorum cepit. Adrianæ patefactis portis in Timoleonis partes concessere, cum honore, & stupore nunciantes, fuisse facta vestibula templi in ipso articulo prælii sua sponte patefacta: visam dei Adriani hastam summam cuspidem vibrare, faciemque ejus largo sudore manare. Itaque civitates milites extemplo legatis conjunxerunt Timoleoni. *Plut. in Timoleonte.*

Alexander Magnus, expeditione Asiatica suscepta, postquam ad bellum movit, cum alia prodigia eorum nuntiata sunt, tum Orphei signum apud Libethra, quod cupressinum erat, sub ea tempestate copioso manavit sudore. Eo portento omnibus exterritis, bono animo iussit illum Aristander esse: res cum gesturum nunquam obliterandas, ac celebres, quæ multum sudoris, & laboris decantantibus eas, poetis, & musicis essent præbuitur. *Plutarchus in Alexandro.* Idem Tyrannum jam septimo mense obsidebat, dumque exercitum penè totum reficere à superioribus laboribus: paucos autem, ne respirarent, hostes

hostes, mœnibus admovent: vates Aristander victimis ca-
A sis, cum suspiceret exta confidentius asseruit apud coro-
nam, urbem illo mense haud dubie expugnandam. Qua
dictum ejus ludibrio, & risu excipiente, quod dicebat no-
vissima esset, cernens rex perplexum, favensque semper
vaticiniis, vetuit deinceps trigessimum illum diem sed vi-
gesimum octavum mensis numerari: signoque tuba dato mu-
rum ætius, quam initio instituerat, est adortus. Cum urbs
oppugnaretur impigre, neque illi, qui in castris erant,
quiescerent, sed concurrerent ad operendam, fracti Tyrii
sunt, urbemque Alexander illo cepit die. *Plut. in Alex.*

Nobili apud Arbela Magni Alexandri contra Darium
regem Persarum victoria, luna defecisse noctis secunda ho-
ra prodita est. *Plin. l. 2. c. 70.*

Eodem in Indiam proficiscente, præfectus eorum, qui
stragulis erant apposti, vir Macedo, Proxenus nomine,
dum tabernacula regio loco fodit juxta Osum amnem,
fontem detexit pinguis, & oleosi liquoris. Ubi primum
exhausti, liquidum inde, & limpidum oleum emanavit,
nec odore in speciem, nec gustu ab oleo abhorrens, splen-
doreque, & liquore indifferet: idque illa regione oleas
B non gignente. Perhibetur ipsa quoque Oxi molissima aqua
esse, cunctumque in eo lavantium pinguedinem. Mirificè ve-
ro erectum eo Alexandrum fuisse, rex epistolis ejus ad
Antipatrum liquet, ubi in maximis hoc à deo sibi obla-
tis ostentis reponit. Vates id pro gloriosi quidem, sed
operosi belli, gravisque prodigio habuere, nam ad labores
à deo docuerunt datum hominibus oleum lenimentum.
Et multa sane in præliis ibi pericula occurrerunt, & vul-
nera inconfutè accepit. Maximam autem exercitus strage
angustia necessitatum, & cœli intemperies invexere.
Plut. in Alex.

Syraculanis obsessi à Nicia, ad sanum Herculis, quod diu
solemnia sacra Herculi non fecissent, ascenderunt, immolave-
runtque. Renunciaverunt Syraculanis sacerdotes lata exta,
& victoriam aruspices: si non committerent conflictum, sed
vim propulsarent. Etenim superasse omnes Herculem de defen-
dendo prius violatum. Atque ita proceßi, prælium navale
maximum, & acerrimum in ipso portu committere, & Athe-
nienses superavere. *Plut. in Nicia.*

DIONYSIUS scribit, sub id fere tempus, quo Tarquinius re-
gno excedit, Cumas à Daunius, Umbri, & aliis circumje-
cis gentibus, tantis opibus oppugnatas, ut quingenta pedi-
tum millia, duodeviginti equitum, uno tempore Barbari in
armis haberent: accidisseque interim prodigium memorabi-
le, quod Vulturum, & Claniannes, hostium castra præ-
terlabentes retrò flexerint cursum, eoque miraculo Cumanos
in ipem bene gerende rei erectos, in pugnam egrediautos,
fretosque locorum opportunitate, immensum prolapsisse exerci-
tum. *Sabellicus lib. 8. Ennead. 2.*

Cum bello acris, & diuturno Vejentes à Romanis intra me-
nia compulsi, capi non possent, & aque mora non minus obedi-
entibus, quam obsessis, inolerabilis videretur, exoptata
victoria iter miro prodigio dii immortales patefecerunt. Su-
bito enim Albanus lacus, neque cœlestibus auctus imbribus,
neque inundatione ullius amnis adjutus, solum stagni mo-
dum excecavit. Cujus rei exploranda gratia legati, ad Delphi-
cum oraculum missi, reverterunt, præcipi fortibus, ut aquam
ejus lacus emissam per agros distunderent, sic enim Vejos in
potestatem populi Romani venturos. Quod priusquam legati
D renunciarent, aruspex Vejentium à milite Rom. (quia dome-
stici interpretes decant capus, & in castra perlatus, futurum
dixerat. Ergo Senatus duplici prædicatione monitus, eodem
penè tempore & religioni paruit, & hostium urbe potius est.
Val. lib. 1. cap. 6.

Frugibus ostentum semel (quod equidem invenerim) acci-
dit, P. Alio, Cn. Cornelio Coss. quo anno superatus est Annib.
In arboribus enim tum nata produuntur frumenta. *Plin. lib.
18. cap. 18.*

P. Scipio Africanus, cum cum exercitum, qui Carthagi-
nem solo aequavit, corruptum reperisset, correxit. Belli autem
exitum gladii capulum, sanguine multo manantem, portendisse
seruit: qui cum saepe abstergeretur, subinde magis eruenta
fuerit. Id enim portentum magnam hostium eadem signifi-
care, auspices dixerunt. *Suidas.*

L. PAULUS ÆMILIUS, cum Perseo Macedonum rege dimi-
caturus, luce prima Herculi sacrificans, hostis viginti non
litavit. Tandem prima, & vigesima læta exta fuerunt, victo-
riamque defendentibus se, non lacerantibus hostem spon-
dere. Igitur centum bobus, & ludis deo votis, prælio com-
missio victor exiit. *Plut. in Emilio.*

Eodem Amphipoli sacrificante, & sacra auspicate, fulmen
in aram de lapsum combussit, utaque perperavit sacrificium.
Quod ipsum divino cum auxilio Perseum vicisse confirmavit.
Plut. in Emil.

Bello Cimbrico, Ameria, & Tuderis, quæ oppida sunt Ita-
lie, nunciatum, vias nocte in cœlo lanceas ignitas, & scuta
huc illuc deferri primum, deinde concurrere inter se similibus
figuris, & motibus, ac virorum præliantium. Tandem his
terga dantibus, illis restantibus in occasum omnes inclinasse.
Plutarchus in Mario. Iisdem bellis Nuceria in luco Junonis,
ulmus, postquam etiam cacumen amputatum erat (quoniam
in aram ipsam procumbebat) restituta est sponte, ita ut proti-
nus floretet. A quo deinde tempore majestas populi Romani
refurrexit, quæ antea vastata cladibus fuerat. Memoratur hoc
idem factum & in Philippis, salice procidua, atque detrunca-
ta: & Stagiris in Muzæ populo alba, omnia lausti ominis.
Plin. lib. 16. cap. 32.

L. SYLLA, cum ad bellum Sociale cum exercitu mitte-
retur, tradit in suis commentariis apud Lavernam in ingen-
tem sinum terræ labem decidisse, ex eo grandem ignem
irrupisse, & lucidam flammam ad cœlum extulisse. Nun-
ciasse vero satilicos, virum egregium, & forma præcel-
lentem, atque insignem præstantibus procellis urbem, cum
summum Imperium cepisset, explicaturum. Hunc se ait esse
Sylla. Nam faciei suæ peculiarem esse auri colore rutilantem
comam. Virtutem vero non erubescere se si sibi sumat, tantis
& tam præclaris rebus gestis. *Plut. in Sylla.* Eodem bello,
cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subito ab
una parte aræ prolapsum anguem prospexit. Qua visa, Post-
humii aruspices hortatu continuo exercitum in expeditionem
eduxit, ac fortissima Samnitum castra cepit. Quæ victoria,
futuræ ejus amplissime potentie gradus, & fundamentum exi-
tit. *Val. Max. lib. 1. cap. 6.*

Eidem, cum victorem exercitum ex Asia contra Cinnam
& Marium in Italiam traduxisset, illico sacrificanti apud Ta-
rentum, quò decurreret, jecur coronæ laureæ, & Lemnisco-
rum binorum ex illa dependentium habere visum est figuram.
Paulo antè quàm traiceret, in Campania circa Ephæum mon-
tem, hirci duo interditi visæ conligere, omniaque facere, &
pati, quæ viri in pugna solent. Spectum autem fuit, quod sen-
sim à terra elatum, inde in diversas partes aeris obfcurorum fi-
mulachrorum simile dissipatum est, hinc tandem ex oculis elap-
sum. Nec multo post cum Marius junior, & consul Norbanus
eo loco exercitus haberent ingentes: Sylla non acie instrua-
tam, non compocitis ordine copis suis communis ardore ala-
critis, atque imperus usus audacia militum suorum, profliga-
vit hostes, cæstique septem millibus, Norbanum inclusit me-
nibus Capuæ. *Plut. in Sylla.* Cum venisset Tarentum, vidit
in capite vitulini jecoris similitudinem coronæ aureæ. Posthu-
mius aruspex respondit, præclaram ei victoriam significari, jus-
sique ut extis illis votis veleretur. Cum primum ad urbem
castra movisset, adeo læta exta immolanti fuisse scribit *Livius*,
ut custodiri se Posthumii aruspex voluerit, capitis supplicium
subiturus, nisi ea, quæ in animo Sylla haberet, diis juvantibus
implevisset. *Aug. lib. 2. de Civitate Dei, cap. 24.*

M. LUCULLUS, unus ex Syllanis ducibus ad Fidentiam
cohortibus sexdecim adversus hostiles quinquaginta rem
gerens alacritati quidem militum fidebat: sed quod essent
complexures inermes, dubitabat. Dum hæsitat, & cuncta-
tur, flores ex campo propinquo herbido mollis ventus, a
fatim vehens coniecit in exercitum, eumque aspersit, spon-
te ad hærentibus illis, securaque & galeas comprehendentibus,
ut coronati putarentur ab hostibus. Unde magis erecti signa
contulerunt, obtinueruntque victoriam, cælis octodecim
millibus, insuper castris hostem euerunt. Lucullus hic fra-
ter Luculli illius, qui postea delevit Mithridatem, & Tigræ-
nem. *Plut. in Sylla.*

Contra Tigranem movens L. Lucullus, magnis itineribus
pervenit ad Euphratem. Quem ubi ex hyeme cospexit infla-
tum, turgidumque, sollicitus fuit, dum cogitaret pontones, &
ratibus pons jangeretur. motam veritus & difficultatem inter-
cessuram. Sed cum sub vesperam cepisset unda subdere, per
noctem extenuata, ubi diluxit, amnem ripis suis ostendit clau-
sum. Incole autem, ut existeret in alveo parvas insulas animad-
vertere, cursumque aquæ circa eas placide flagrantem, ado-
raverunt Lucullum, quod haud temere id antea accidisset, flu-
viisque se præberet illi tractabilem, & placidum, transiitque
præstaret

præstaret expeditum, & maturum. Ergo usus opportunitate,
A traduxit exercitum. Offertur ei, ubi trajecit, latum prodig-
ium. Diana perfica, quam eximie venerantur barbari trans
Euphratem colentes, sacre pascuntur boves. His ad victimam
solum utuntur; de cætero vagantur libere, notam deæ feren-
tes faciem. Ex quibus capere aliquam, ubi requirunt, haud
sane pronum est, neque parvi laboris. Earum una, transgre-
so Euphratem exercitu profecta ad petram quandam, quæ fa-
era deæ habetur, constitit in illa: demissoque capite, ut quæ re-
ste detrahuntur, præbuit semetipsa Lucullo hostiam. Sacrifica-
vit Euphrati quoque transitus causa taurum. *Plut. in Lucullo.*

C. JULIUS CÆSAR, bello contra Pompejum dum fortunæ fa-
crificaret, taurus priusquam feriretur, extra urbem profectus,
ad lacum quandam pervenit, eumque enavit. Quo facto, aru-
pices Cæsari, si Romæ remaneret, exitum: si mare transiret,
salutem, ac victoriam fore prædixerunt. Quibus rebus confis-
sus Cæsar, contra Pompejum exercitum duxit. *Xiphilinus.*
Eidem ante Pharsalicam pugnam lustranti exercitum, & pri-
mam hostiam immolanti nunciavit aruspex, intra triduum pu-
gna eum cum hostibus decertaturum. Exquirent Cæsare, Ec-
quid in extis portendi de exitu consideraret? Rectius, inquit,
tute tibi de eo respondeas. Mutationem enim dii, vicissitudi-
nemque in diversâ grandem statum præstentis prælagunt.

Itaque si res tuas ducis in præsentia lætas, infestiores fortu-
nam expecta: sin tristiores, latiore. Noctæ quæ pugnam Phar-
salicam antecessit, cum vigilas obiret, circa concubiam noctem
conspexere faciem cœlestis ignis: quæ superata Cæsaris ca-
stris, illustis, & flammæ existens, delabi visa est intra Pompeii
præsidia. *Plut. in Cæsare.* Bello civili ad Rubiconis ripam
progressus, paululum subsistisse fertur, secum reputans quan-
tam cladem ejus fluminis transitus humano generi importaret,
seruntque cunctanti tale ostentum illi oblatum. Quidam exi-
mia magnitudinem in proximo sedens apparuit, siltula ex calamis
compacta canens: ad quem audiendum, cum præter pastores
ex militibus quoque plurimi occurrissent, atque inter eos ænea-
tor quidam, rapta ab uno tuba, in fluvium prosluit, ingen-
teque spiritu clausum exorsus, ad ulteriorem portendit ripam.
Tum Cæsar: Eatur, inquit, quò deorum vocant ostenta, &
inimicorum iniquitas. Jacta est alca. Phantasmatis hujus ductor
C est [Tranquillus. *Sal. lib. 7. Ennead. 6.* Tralibus in æde Victoris
sub statua C. Jul. Cæsaris inter coagmenta lapidum justæ ma-
gnitudinis palma enata, belli Pharsalicæ exitum ostendit. *Val.
lib. 1. cap. 6. & Plut. in Cæsare.*

Fel in extis geminum fuit D. Augusto, quo die apud Aclium
vicit. *Plin. lib. 1. c. 37.*

GALBA, dum in Hispaniis esset, & contra Neroneum arma
movere disset, Alexandrina navis plena armis, vires vacua,
ad id litus, ubi Galba erat, appulit, suscipiendi belli divini-
tus non obfcurum omen. *Suet.*

Cum Licinius esset in expeditione adversus Constantinum,
circa vitælini Lacinio subiectas apparuisse ferunt varias arma-
torum Constantiniacis, in ipsa meridie, civitates, quasi quæ
jam bello vicissent, pertransire: idque tum visum est, cum
revera nemo dum militum illius uspiam compareret. *Euseb. l. 2.
de vita Constantini.*

CONSTANTINUS IMP. quoniam bellum Magnentio in Italiam,
atque adeo etiam, si necesse esset, in Galliam inferbat, ne
Orientem sine defensione relinqueret, Gallum patrelem suum
pro concione Cæsarem appellavit, & fororem Constantinam
in matrimonium collocavit: atque inde Antiochiam, ut præ-
fens Persatum impetum reprimere, misit. Eo Antiochiam
D adveniente, horribilis species in cœlo apparuit: quippe colum-
na crucis instar, splendore maximo fulsit, quæ omnes, qui vide-
rent, maxima primùm admiratione, deinde tacita religione
perfundit. *Sigon. l. 5. Imp. occid.*

Obfidebat Bellarius, cum Italiam à Gothis vindicaret, Ur-
binum in Umbria, repenteque fons, unde tota civita aqua-
bat, sua sponte exaruit. Qua subita defectione non aliter,
quam prodigio quodam percussit Urbinates, deditionem fece-
re. *Sab. l. 9. c. 7.* Eodem ad obsidendam regiam Gothorum Ra-
venam accedente, ferunt prodigii loco acceptum, quod Pa-
dus sub eo tempore tantum exaruit, ut frumentariaz naves, quæ
secundo Pado vebantur, in sicco vado relictæ, prædæ fue-
runt Græcis militibus. *Jo. Magnus l. 2. c. 17.*

ULADISLAV & GEYSA fratribus contra Salomonem Hunga-
rorum regem prælium commissuris, Angelus Geyse capiti co-
ronam auream imponere visus est ab Uladislaw. Qui cum fra-
trem ea de re admonuisset, basilicam D. Virgini vocit in loco
victoris. *Bonfin. l. 3. Dec. 2.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Obfidebatur à Turcis Constantinopol. Mahometus II. Imp.
noctē intempesta videre sibi visus est ingentem lucem è cœlo in E
urbem obfissam demitti. Id visum clam habuit. Sequenti no-
cte item intempesta vider eandem, quæ cœlo descenderat, in
cœlum redire. Tunc plenus bonæ spei, urbem, quam paulo
antè Superi ope cœlesti resissent, velut desertam tunc à superis,
majore vi adortus, cepit. *Emil. l. 10.*

HENRICUS Saxonie dux, belli contra Sclavos societate cum
Danis suscepta, Holfatorum principem Adolphum cum in-
signi copiarum parte præmiserat. Sclavi cum parte hostium
confligere, quam universos aggredi, utilius rati, cum ad eos
opprimendos contenderent, demonem horrendæ formæ super-
ne verticibus imminetentem videre. Quo monstro tanquam di-
vinitus dati ducis adventu firmati, sumptis victoriæ auspiciis,
ex improvviso hostium castra adorti, imparatos confoderunt.
Adolphus in ipso castrorum aditu intersectus, neglectæ milita-
ris vigilantie pœnas luit. *Saxo l. 14.*

In gravi illa rebellion Catalaunensium, & Barcinonensium
cum Joannes Aragonum rex XI. Ampostam oppidum archa
obfisione premeret, media hyeme, pluviosa admodum,
gens, varilque serpentum numerus, & proximis sylvis, & mon-
tibus ad stationes, & castra repli, sed præ nimio frigore inno-
xii Lupi gregatim milites è castris egresfos invadere. Horren-
da idem vox, humane permissis, noctibus ferè singulis au-
diebatur, & magnum timorem viris etiam fortissimis incute-
bat, adeo ut strenuissimus quisque metu perterritus non nisi de
discessu cogitaret, nisi regis auctoritas, & aspectus eos retinu-
isset. Quinto demum mense urbs deditionem fecit. *Martineus l.
16. rer. Hisp.*

Cum Alfonso I. Lusitanie rex cum quinque Regibus Sa-
racenis maximo exercitu conspatis confligere in Lusitania
vellet: in cœlo, unde auxilium precibus efflagitabat, Chri-
sti speciem quinque vultueribus illustratam oculis, atque men-
te conspexit, innumerabilemque hostium multitudinem, Chri-
sti numine confirmatus, occidit, & ea de causa insignia quin-
que scutorum ad memoriam posteritatis assumpsit. *Ojos.
lib. 8. rer. Em.*

ALFONSUS Aragonum, & Sicilia rex, Cajetam obfidebat;
cum delectissima classe. Genueses Philippi Mediolanensium
ducis iussu Blasium Axeretum ex scribis unum, cum paucis tri-
remibus ad liberandos obfessos missi, cum eum pro more ad
naves deducturi essent, feda tempestate orta, fastigium tem-
pli D. Ambrosio dicati fulmine ictum est, ut supremum pica-
tis marmor in summitate locatum abraferit, proculque sine
ullius latione loco apulissimo repositur. Magistratus prodigio
G terrii, Blasium moverunt, ne tam fœda de navem conscen-
deret. Atis, Tum primum in navipodem posuit, cum tem-
plum fulmine ictum esset: respondit itaque honores, quos mi-
lituro intempestivè defersit, opportunitis victori reduci exhi-
bebitis. Quilicus Saccus è Francorum familia, medicus, claram
ex hoste victoriam prædixit, & mathematicis demonstrationi-
bus confirmavit, ducem hostium vinctum adductum iiri. Itaq;
Blasius prælio navali Alfonso vicit, cepit, & Genuum vin-
ctum adduxit, Nonis Augusti D. Dominico sacris (quem pro-
pterea solemnè ritu in posterum colere instituerunt) anno Sal.
1434. Biennio post Genueses Philippi jugum excusserunt, &
Rempub. in libertatem asseruere. Tum demum prodigii inter-
pretatio quadrare visa est ædis Ambrosii tutelaris Mediolanen-
sium divi fastigium, ipsum scilicet Philippi Imperium, abque
damno Genuesium, suo loco motum, & convulsam esse.
Jacob. Bracellus l. 3. & 5. belli Hisp. l. 9. Fulg. l. 1. c. 4.

Somnia.

GEDEON audivit somnium recitari in castris ejus, qui vide-
rat dormiens sub cineribus panem in hordeo volvi, & in castra
Madian, & Amalech descendere, cūque pervenisset ad ta-
bernaculum, percussisse illud, acque subverfisse. Quo som-
nio audito Gedeon filius Joas, cum suis contra Madian forti-
ter pugnavit, & ejus castra, juxta numerum, profligato exer-
citu solo æquavit. *Judic. 7. & 8. & 9. Sab. l. 9. c. 6.*

JUDAS Machabeus clare in somnis ingentem vidit victo-
riam, qua adversus exercitum Syria regis Demetrii, cujus Ni-
canor dux erat potius est. Longè enim pauciore numero re-
gios adortus, ex cistriginta millia occidit: cum ante per que-
tem Oniam pontificem jam mortuum vidisset, ad Deum
pro Hebræo populum orantem, & post illum, Jeremiam pro-
phetam gladium aureum porrigentem, à Deo ad superandos
hostes missum. *Fulg. lib. 1. cap. 5.*

Ooo 4 LEONT.